Germanorum 6000 in Germania superiora conscripserat
et antverpiae in praesidio erat / ubicunq; et 16 signa
Alebanum militum quae ibidem Bibiwaraut dissolverentur
non dissimulando ritte deorsum cum [illegible]
[illegible] denuntiant militi quasi subsertus
aut militi a stipendio removeantur magnum cum
et alii undecim nationis erat Belgicis ordinarii praesidio
uno dimissi sunt denuo. Alebanus cum paucis debuit
ad Thirondellam statim habuisset inde bruxellam movit
et per leyenburgum profectus 22 augusti Conanium
advenit ubi tunc primidet gubernatore erat et denuo
bruxellas ingressus Hyspanum Siciliam in urbem induxit.
Magnoestanum Candavium, flandriae subdelegatum Iram et
Gardinensem Horgardum Brabantiae oppida amandat
equitatum autem vero maiori parte dimissa colligari
iubet ita ut qui longissime abessent die tantum milia
passuum bruxellis distarent ac consilio ut si opus foret
uno die in vadum castra contrahi possent. Cum Attamen
aliquot septimanis in quiete bruxellis egisset tandem
consilium ingressi tractandi cum his Egmondanum atq;
Hornanum quamvis unum utrumq; diversis bruxellae in custodia
habuisset alter unus ipsum Hildemundo fuerat et bruxellae
eab removat alter vero Hornanum sic ipsum Conanii
iderat et impetrato commeatu domum discessurat, attamen
ea res omnia semper remorabundum videbatur ne vel alter absque
ut vel timidus aliquis oriretur tumultus etiam quod

† mox et extract erat
tradidit quis consuluit
quod Alebanus quidam
in mandatis habuit
Ubeo ore remunerari
vexidiret cum quibus
natura quaeda, esset
essent sustentaretur whom
bruxellae et se obedientiae de
parte tradidisse vera
Hungaris sustentari pari
remunerandi tunc
apertarum esse

‡ De Alebani in Belgium
adventu gubernatore
continuo retrorsum
vindicat omnes tumultus
Belgicae sopiti per
forma edicti Diodo
Historiam

braecholium simul atque stradanum coniurationis socios
primariosque buccinatores simul capere statuerat ut plenior
de tota coniurationis serie notitia et manifesta indicia
haberentur. Hactenus rem differebat donec occasio
exhiberetur ~~ut~~ quatuor hos simul apprehendendi, interim
autem dissimulantur braecholium qui bruxellis et stradanum
qui antuerpiae morabantur observari fecerat expectans
donec comes Huernius bruxellis esset quod cum paucis
postea diebus evenisset iubet Egmondano Huernio
et aliis statuum concilii proceribus ut a prandio ad
se venire maturarent quibus in conclave iam ingressis
mittit incontinenti Sanchium londoniensem et alvaricum
lodronium legionis mediolanensis et presidii antuerpiensis
praefectos ut stradanum comprehenderent quod et intra
antuerpiam et mechliam iter ~~facere~~ habentem perfecerunt
iubetque andreae ~~de~~ salazario et Ioanni spurgo legionis
siculae centurionibus ut idem de braecholio qui vulgo
casembroot dicebatur facerent. Ipse autem Albanus
non ante concilium dimisit quam rescivisset utrumque in
manibus esse quod cum ipsi indicatum fuisset consilium
solvit et utrumque comitem ex composito diversis portis
e curia dimisit in quarum una sanchius Avilanus praefectus
custodum corporis Albani Egmondanum comprehendit
in altera vero Hieronimus Salinens qui in Etalia
fuerat praefectus portus Herculis Huernium detinuit
quod cum sine tumultu processisset incontinenti
mittit albanus ad gubernatricem comitem mansfeltium
cum barlemontio ut huius rei ipsam certiorem facerent
et simul declararent hoc esse unum ex iis quae regis ad
ipsam literis tanquam secreto sibi iniuncta continebantur
quod ~~ob eam causam~~ sciscitanti gubernatrici propterea
non aperuisset ne huius rei conscia populi odium quod
inde verisimiliter timebatur incurreret. Nocte autem
quae hanc comitum ~~capt~~ comprehensionem insecuta est
mittit albanus ad Egmondanum ut castri gandavensis
tesseram traderet quo illi qui in presidio erant decederent
quod et factum est nam decidente trellerio hispanorum

+ rastrum mysidunter

++ vide Historia Statim atq Rid &c

C

rus roborabo sub cura Alfonsi ⁊ cõz cygnomb Anaxoeta
na exsurti + rui et dirti romanb rum duobus alcb rax
tum in vedem rastro restodendi tradumtur ++ Sodem
quoq tempore Alebanus ^ Hessingam sumiet atq Middelburgum
armatos ⁊ deinde portus exasperis munit et ne Hiscia
niarum si forte resi pearet eiberam in gas regionb pe
Hiscamia tractum habeat exindeme admodum consilio
rum tamen ostendus possea subsequentib non est quod
regem in Hiscamia detinuerint [illegible] imaxima ratio sic
sui Hiscaniarum armigeris, mors Eschelle regine ne
non et tumultus grauatonsium maiorum, Dum
autem tractum nostri in tractu iam aliquot diebus
detinentur et dorum ne non et aliorum rebellium atq
rominatorum rausa maturo et deliberato consilio
determinarentur Alebanus nouum interim consessum ad
huiusmodi rei inuestiandas instituit cum ipse regent
atq exules futurus duab assessoribus assumptis raxole
barensi domino, ⁊ Crapeo duo de noiquirmis, qui
de regab qui exules in consilio Italia fuerat ⁊ cum
abb Alebano in Belgium adierunt, Adriano Viroleti
exasperi ⁊ Carolo martirisio exasperi Leandro
Cotro archiepiscopo exasperi archisa ⁊ Endouino de Rio ar
chiepiscopo Cameracensi consiliarus Carolo mussipontis
et Carolo Hessio qui in consilio Leandro assessor
fuerat, Qui non potest quam multa haretici disseminarint
et hoc consilium coepto in odium adduxerint quod
absente sue semper Alebano cum proceribus regab
Hiscamis in do presidet qui non tantum et reginas
alios adeuntib sic tanquam solent regi fideis ipsum
adiuntib ^ [illegible] ## Constituto
[illegible] Alebanus Hantdorpium remisit et in ea
urbe qui Brabantus metropolis est rastrum munivit
et ciuitatem, coepistis many [illegible] rebellionb deuinit
quod de consilio regini rebellii atq barbari
ad portam Tromburgiam mota stadem in tractu
nouia regni regium est ^ manstq Alebanus antwerpie
donec rastrum in eam aetitudinem munitur et hosti

Deinde hac inuersa ab alt in historia

x praeceptis est in Gisseria

resistendo foret quod breui factum est quandoquidem
ab initio ex terra vallo circumdatum postea lateritio
muro auctum fuit impositumque presidium duarum
cohortium germanicarum ex iis que cum Rodronio
aduenerant — Interea autem dum Albanus huic
G. tam necessario operi intentus est Gubernatrix princeps
considerans suam presentiam aut nigel aut parum
desiderari quod tali statu rerum negotia politica
cum bellicis ita coniungerentur ut omnia solum fere
Albanum respicerent ad fratrem suum Hispaniarum
regem mittit petitum ut bona ipsius venia Guberna
tricis officio exonerari et in italiam abire posset
quod cum rex haud difficulter concessisset simul
etiam amplissimos codicillos ex Hispania ad Albanum
transmisit quibus eum belgii gubernatorem creat
quos cum Hantuerpie accepisset incontinenti
sub finem nouembris bruxellas rediit ut principi gubernatrici iam ad
iter parate valediceret ~~que itineri se dedit~~
~~peniet decembris anni presentis~~ ~~Remansitque solus~~
~~Albanus~~

Appendix

Annus Christi 1568

103

Albanus itaque iam solus belgio praefectus nihil potius habuit quam ut principes iconoclastarum ita puniret ut exemplo eorum territi alii vel resipiscerent vel ad talia perpetranda timidiores saltem efficerentur. ~~Quatenus fuerunt res usque ad initium aprilis~~, sub initium ~~hoc~~ Aprilis palam factum est ~~enim tempus cognitum est~~ principem Auraccium et ceteros qui cum ipso in Germaniam abierant rursum nova moliri et per occultas conspirationes cum iis quos suae partis adhuc domi esse cognoverant seditiones atque rebellionem texere proposuerant enim tribus potissimum partibus sub initium maii belgium aggredi per provinciam scilicet groeningensem, per traiectum superius ad mosam et per confinia galliae destinantes dominum genlisium ut equites germanos per pacem gallicam dimissos novis stipendiis assumeret et principe lumen et alios qui in episcopatu leodiensi et belgii confiniis novum militem conscriberent. Quandoquidem autem ad hec peragenda maxime sibi obfuturam viderent vigilantiam ducis albani cautissimi et veterani imperatoris ipsum e medio tollere constituunt. Subornantque in eam rem dominum Russellium qui in ~~sile~~ silva soeniensi loco venationi principum destinato, per amplo et insidiis opportuno abest enim bruxellis ~~d~~ uno tantum miliari, militem occulte congregaret qui de nocte portam bruxellensem occuparent et inde recta in palatium ad interimendum gubernatorem contenderent. Albanus de his omnibus certior redditus mandat Sanchio Logdognensi profecto legionis mediolanensis ut assumptis secum francisco valdesio Iacobo ~~carnaci~~ caruazalio anthonio de mexica et francisco de vergas centurionibus cum quinque suae legionis cohortibus lira ubi hibernarat namurcum discederet.

precipitque item ferdinando toletano filio suo ut Lopesium
de Acugna vicarium suum cum equitatu suo qui tornaci
et circumvicinis locis considebat, in expatum leodien
sem dimitteret propterea quod equites germani ex
gallia dimissi trans mosam congregandi dicerentur
mandatque reliquis legionis mediolanensis cohortibus que
in aliis locis herebant ~~reliquis~~ ut ceteris coniungerentur.
Decima nona aprilis predictus londogniensis lira
cum suis egressus dum iuxta chenas brabantie oppidum
namurcum contendit a gubernatore certior fit ut
trajectum ad mosam ~~contendat~~ properet porro ibi ~~mandata~~
inventurum quid faciendum sit mandatque item Sancho
avillano ut cum sua lanciariorum cohorte assumpta
secum italorum levi armatura equestri hispanisque
tormentariis equitibus eodem properet iubetque ut ex
germanorum cohortibus quatuor qui cum oberstenio
comitis ibidem in presidio erant eos seligeret quos expeditio
res esse animadverteret, ~~Comes enim barnensis enim~~ Dns. enim bilensis
pro rebellium parte novem cohortes explicatis signis
in pagum ~~quendam~~ stein a trajecto secundo lapide
distantem induxerat qui dissipandi erant antequam
majores vires acquirerent. Cum igitur predicte
copie trajectum convenissent assumentes secum
oberstenium cum 300 germanis summo mane secus
mosam iter habentes cognoverunt supranominatos
rebelles nocte preterita Kuremondam Luntaneum
belgii sub geldrensi principatu oppidum tentasse
mentientes se ab Albano civitati presidio missos postu
labant ut menibus admitterentur verum civibus
recusantibus ubi dolum parum procedere vident
vim adhibent duabus civitatis portis ignem admovent
verum repugnante cohorte belgarum que ex militibus
comitis megani ibi in presidio erant et nemine civium
se commovente ab incepto desistere coguntur
antequam tamen discederent zelum suum hereticum
egregie ostendunt in confringendis imaginibus atque

violandis suburbii templis egre enim ferebant se ab eo
oppido repulsos quod loco opportuno ~~situm~~ ad confluentes
rure atque mose situm levi negotio muniri poterat. En
discessu autem pontem Rure ~~fluvio~~ impositum rumpunt
ut hostibus sequendi opportunitatem adimerent. Hispani
autem a meridie statim Ruremondam ingressi unum ex
praesidiariis emittunt speculatum quid hostes agant
verum quia periculum in mora videbatur ne hostis
manibus elaberetur non expectato speculatore ~~statim~~
a media nocte itineri se dant statimque obvium habent
praedictum speculatorem qui retulit ~~hoc eo~~ hostes
desidere in pago Wasembronck duobus milliaribus
Ruremonda et uno ab Erclens alio quodam Gelrie
oppidulo distante ~~ubi nocte praeterita dormierant~~
quare Avillanus ~~ex~~ cum equitatu praemissus hostes
praedictum oppidulum perinde atque Ruremondam
tentasse cognovit sed repulsos nihilominus in eisdem
locis herere quamvis de regiorum adventu iam cog-
novissent propterea quod eos Ruremondam tam oppor-
tune consecratam non putabant relicturos et quod ipsi
iam extra fines belgii in cliviensium finibus loco ut
putabant tuto versarentur. Davillanus autem
cum equitatu praecurrens significat Londoniensi
qui cum peditatu sequebatur hostem a se visum seque
impressionem ~~in~~ facturum ut iter ipsorum remoraret
quod versus Alem pleno gradu instituerant daret
operam ut peditatus mature subsequi posset. Attigit
autem rebelles in loco campestri prope ~~urbe~~ oppidu-
lum cliviae Alem ~~ubi~~ quo impedimenta iam praemi-
serant habebantque a tergo et latere sinistro hortorum maceries atque
ex ribo claustra. a dextero vero ~~fin~~ silvula quadam
tegebantur frontem vero obverterant ad iter impeditum
et equitatui quem solum adventare conspexerant
incommodissimum atque ita instructa acie quindecim equi-
tes e suis miserunt qui cum cetero ipsorum equitatu
nostros ita distinere statuerant ut peditatus ad
oppidulum iam propinquum in tutum recipi posset

ibidem praesidii caussa collocat captivosque ex ale
miensi expeditione si quos Ruiemonda oriundos haberet
ad terrorem civibus incutiendum ibidem suspendit verum
suborta peste praesidiarios inde eductos Graviae simul
atque Venloae collocat et mox ceteris quinque suae legio
nis ~~[illegible]~~ signis eodem Vilvorda appulsis trajectum
ad mosam ingressus est ± Enterea albanus

Cum multa exempla ut in historia

certior redditur quod mille circiter Hostes congregati
in ducatu Geldrensi castrum quoddam Buxmeer
nomine occuparant quare iniungit Lanceloto Barle
montio comiti Megano qui tunc eidem ducatui
praeerat ut Arnemio cum suis profectus dictum
castrum obsideret mandatque tribuno hispanorum
Consalvo Bracamontio ut cum legionis suae signis
decem silvaducis egressus Barlemontio se adiungeret
verum rebelles tantum exercitum contra se adduci
videntes metu correpti castrum deserunt ita tamen
ut pontonibus quibusdam aliisque tectis navigiis tan
te Graviam Gelriae munitissimum oppidulum delati
ex insidiis illud occuparent quo intellecto Meganus
cum suis Graviam deseritur dumque obsidere et
oppugnare properat praesidiarii territi in limites
ducatus cliviensis dispersi elabuntur atque eo modo
sine sanguine et vulnere solo armorum metu res
illa ad tranquillitatem reducta est Dum
autem haec in Gelria geruntur nequaquam haeretici
animos demittunt sed quotidie nova molientes diversis
regionibus belgium aggredi parant Emprimis autem
Ludovicus Nassavius principis auraici frater circiter
sex millia peditum atque equitum non contemnendam
manum in Germania cogit atque in ditionem
Groningensem frisiamque occidentalem ingressus magnas
vires ex indigenis qui sua sponte haereticis favebant armat
~~[illegible]~~ Dammum atque Delfzyl portus Groningenses

haud procul ab ostio Amasis fluvii occupat munitq
sicuti et castrum ~~[illegible]~~ quod comitis Arenburgensis
~~[illegible]~~ hereditarium et in confinijs Frisiae orientalis
simile atq occidentalis situm loci opportunitate
~~[illegible]~~ plurimum commendabatur. Cuius rei Albanus
certior factus predictum Bracamontium cum suis
legionarijs sardiniensibus qui adhuc circa Graniam
herebant continuo Amsterdamum properare iubet
ut ibi navibus impositi breviore itinere in Frisiam
per mare trajicerent mandatq Comiti Arenbergio
Frisiae tum moderatori ut cum suae regionis praesi
diarijs assumptis secum predictis hispanis in Ludovi
cum Nassovium duceret prinsquam majores vires
colligeret. Emperat quoq Megano Gelrie
gubernatori ut cum ~~quinq~~ quatuor Germanorum
signis que Gelrie praesidio erant eductis tribus levis
armaturae equitum cohortibus que silvaducis ~~in prae~~
~~sidio~~ erant dicto Arenbergio subsidio ire maturaret
certo persuasus hisce copijs hostes facile posse superari
quantumvis forte ~~fat~~ grandes vires acquisisset

Comes itaq Arenbergius cum in Frisiam venisset
et quinq vexilla Germanorum cum hispanis Sardini
ensibus coniunxisset Dammum properat ~~[illegible]~~ ubi hostem
esse cognoverat. Est autem Dammum locus immunitus
territorij Groeningensis quondam oppidulum sed a Georgio
Scenck menibus privatum sicuti infra narrabimus. Eo
cum adventaret et hostem in conspectu haberet expeditos
aliquot Hispanorum peditos premisit qui explorarent
quantum animi hostes haberent orta igitur acerrima
velitatione urgentibus hispanis Nassoviani loco pellen
tur ita ut munitionibus se continerent. Ludovicus
autem Nassovius viso huius velitationis exitu consideratoq
Dammum immunitum esse ~~oppidulum~~ viculum castra
postridie movit et inde tribus milliaribus locum quendam
occupat Heiligerlig~~[illegible]~~ dictum quasi locum sanctum voces

ubi quondam abbatia ordinis praemonstratensis fuerat
unde et locus ille circumjacentibus pratis etiamnum altior
apparet. Quandoquidem autem huius loci commoditas
plurimum hereticis contulit operepretium est perfectius
eum describere. Sciendum autem est totum hunc tractum
esse valde depressum ita ut hieme ingruente solutisque nimbis
in continuam paludem habeat quin et ipse ager bituminosus
et terra ex putrefactis arborum foliis atque radicibus
constans (veenen vulgo vocant) commodum ignibus
exstruendis alimentum prestat incolis lignorum copia
destitutis qui propteria terram glebatim et per cespites
effodientes et sole siccantes domum avehunt cavernis
illis alia terra non oppletis quae proinde virentibus
herbis sponte nascentibus convestitae in cecas fossas
abeunt preterquam quod ipsi etiam agri pro possessorum
libito vel colentium commoditate variis fossulis latitudine
trium vel quatuor pedum ita ~~dif~~ separentur ut pediti
vel equiti aliud iter quam viam publicam non relinquant
unde evenit ut si quando externorum exercitus in eam
provinciam ingrediatur in manifesto discrimine versetur
nisi peritos itinerum duces habeat. Sicuti sub Ecta
mano augusto Romanorum exercitui Quintilio varo legato
~~eu~~ accidit qui indigenarum insultibus et loci impedi
mentis cum aliquot legionibus superatus est in eo loco
qui etiamnum ex hacclade Varendorp in diocesi mo-
nasteriensi indelebili memoria nominatur. Et adhuc
patrum nostrorum memoria anno Christi 1536 cum
Gelrico bello Giorgius Scenck baro in Tautenburg
transisulanus et caroli quinti cesaris bellicus prefectus
obsideret ~~cum~~ oppidulum Dammum cuius nos supra mentio
nem fecimus et esset in expectatione subsidium a duce
Gelriae et rege Daniae submissum Scenckius locorum
peritus ut facilius de hoste victoriam obtineret cum
noctu Dammi obsidione excessisset relictis in speciem exerci
tus tentoriis calonibus atque ignibus succensis cum paucis
militibus ad fallendos dammenses trebus inde milliaribus
in hunc eundem locum Heiliger ligt digreditur ubi cum

hostī aduentanti ꝓgna ꝛoꝑiam ſtruxſſet ꝛſſos multo ingenio
barum hoſſarum ſꝑ ſeo aduentu memorabilē readē ſuore
unt ad atq; ad damnandum obſidionis auctoſs oꝑpidanum
milla ſeu ſubſidiū aſſugentē aduersum ꝛect mouibusq;
exiuāūt / ſ/mo igitur in eorum Ludouicus naſſouius
rum ſuis ſuadentē Ardenbergium ꝯgrediatur ita
inſtructa acie ut ꝯ ſuperiate ſua duas ꝯbalangas ſaluet
in quibus tria millia germanorum ita diſpoſuerat
ut maior quadraginta minor uero triginta milites in
fronte haberent ſequentibus uero eorum ad dexteram ꝛo
tendebatur ſtatut ſunte omnes a tergo arbuſta quidam
habituri a fronte rotab haſtis hoſſatis et a cateruis
rotab haſtis hoſſatis inter quas ipſius abbatis aduersa
cia ſtipata cateruatim durabat Qua parte ſtipes aduerſa
ꝛe monſtrum erat /
Ardenbergius autem
cum exercitu rum ꝓgnandum non diſſe rundiſſet ꝛeuer
tum rum ſtruxit rominum Mizanum rum non rohortando
mandauit ab Alebano ſibi ſubſidio miſſum tam in ꝛoꝑmagno
aduentare ſſe ut minus uno milliari abeſſet Attamen Hiſpani
ꝛones quos rerum ſumma tunc erat quiq; ꝛo ingenio
ſuo ꝓuolas indigenas omnes ſuſpectos habebant et
rauthonum tumultu aſſtribebant et nouiſſime uolentibus
ne ſurreſſe uelit Hoſtem ſua manu rohortabat ut
tanquam dictatoriam in manu habentes Mizanum rum
ſuis aduentantem in antecurſum uellent Ardenbergio
occurrebant ꝛodeuntesq; miſcebant ut non obſtruxe
rintabantur quare bonus ꝓuidus rationium motibus
dubiis dubiam martis aleam ſubire maluit quam imperatorum
rationes rontidie ꝛ imperat tanq; Hiſpanorum ꝯfidentiā
ut uolitare inꝑiant rum ꝛ6 qui in rotis archu roborum
Hoſtiem arcum tanquam ꝛeuerſoꝛes conſtituerant rum quib;
manum rouſeruet uot ad intyram ſuorum arcum reſtigue
rompuerunt unde durenti Hiſpanorum haſtati rum mucro
nes ueſtimentis mille rotutis miſſis ſcutis ordinibus in
Hoſtem firmitur ita ut a tergo tranſuerſi duodenis in rotas

duo igitur 23 maii

hasce fossas inciderent et luto atque vepribus impediti citra
periculum ab hoste omnes occiderentur Comes autem
Ardenbergius qui iam eo usque processerat ut pugnam recusa
re non posset cum paucis et maxime domesticis equitibus
in hostium equites impressionem facit et propria manu
interimit comitem Adolphum Nassouium principis
auraici fratrem illegittimum cum duobus aliis iuxta illum
pugnantibus suffossoque demum equo ~~suo in a~~ a suis in alium
attollitur quo etiam occiso et hispanis fugientibus cum
graui armatura simul atque paralisi impeditus ~~fu~~ in tutum
se recipere non posset et iuxta se prati cuiusdam portulam
conspiceret illi tergum obvertens ne circumveniretur
ad extremum usque spiritum acriter gladio se defendit
donec multorum telis impetitus impar multitudini et lassus
occubuit Germanorum vero cohortes que
cum Ardenbergio advenerant visi capitanei sui atque hispa
norum periculo nullo modo impelli potuerunt ut pugnam
capesserent sed fatali ignavia arma ponentes turpiter
hosti se dedunt a quo dimittuntur praestito iuramento
quod deinceps intra sex menses regi Hispaniarum non
militarent perierunt autem cum Ardenbergio fere 500
hispani veterani milites cum tribus centurionibus quod
autem non plures in fuga perierunt fecit comitis Megani
adventus praecursores enim eiusdem cum uno atque altero
tubicine auditi speciem totius exercitus hosti praebuerant
qui adventum eius in expectatione esse iam ante cognouerat
quare fugientes hispanos ulterius persequi ausi non
fuerunt qui a comite Megano excepti ~~et~~ Groningam
perducti sunt ne civitas istius provincie capitalis
et per se ad nouandas res inclinata cognita Regiorum
clade ad hostem deficeret et certe metus ratione
non caruit nam hostes statim a loco pugnae mouentes
proprius urbem accesserunt occupataque Seluardensi abbatia
minus dimidio miliari a Groninga munitis castris consederunt

ut si quis tumultus in urbe excitaretur ab iis quos sua
rum partium esse cognoverant continuo accurrere possent
Amstelredami ex primariis ut in historia

Hactenus in eo consilio quod ab albano erectum monui
mus ut caussae conjuratorum indicarentur agitatum
fuerat de captivis comitibus Egmondano scilicet atque Huer
nio et demum hoc tempore iudices declararunt ipsos
crimen lesae majestatis incurrisse capitoque plectendos esse
quare Gandavo ubi captivi detinebantur bruxellas
ducti sunt erectoque temporario theatro et nigris pannis
instrato dispositisque hispanis legionis sicule per forum
et urbis compita primum producitur Amurathes comes
Egmondanus conscensoque theatro exosculataque crucifixi
servatoris imagine que in pulpito fuerat proposita
obvelatisque oculis truncatur capite contra opinionem
multorum et etiam ut ferebatur ipsius rei qui regi
Hispaniarum cum saepius tum in pugna Gravelingana
contra gallos fidelem operam praestiterat et non minima
victoriae pars fuerat licet ~~illo~~ ob eam caussam in super
biam elatus minus respexisse principem suum posea videretur
Post eum quoque ad eundem modum plectitur Huernius
Dici non potest quantum timoris per totum belgium
conceperint ii qui male sibi conscii similia metuebant
maxime cum plerique eorum ad caussam dicendam evocati
vel in vilvordensem turrim clam perdendi ducerentur
vel hausto bolo venenoso domum dimitterentur Cogitanti
mihi saepius utrum hec tam rigidi ut aiunt iuris executio
plus boni vel mali patriae nostrae attulerit variae rationes in
utramque partem occurrunt nam exemplo quidem opus
erat ad terrorem aliorum toto praefectum belgio heresi
infecto et ad rebellionem propendente En contrarium
autem male sibi conscii gravem hanc poenam et principum
maxime virorum invidiose exaggerantes Regem suum
atque Albanum in grave odium apud vulgus adducebant

quasi hispanicam inquisitionem et extraneum regendi modum
in belgium invehentes quod ~~aliis leg~~ domesticis legibus
et mitis admodum imperio a suis principibus semper regi
consueverat quod plerisque praecipue imperitioribus eo
facilius persuadebant quod longae paci assueti minimo
quoque motu ad quidvis suspicandum facile impellerentur
maxime cum hispanos praesidiarios ostiatim et apud
ditiores praesertim distributos non tam hospites quam
imperiosos heros domi suae parvo stipendio lautiore
mensa alere cogerentur qui insuper vitioso illius nationis
more uxorum atque filiarum suarum pudicitiae blanditiis
philtrisque insidiarentur quod ~~nat~~ nostratibus familiam
liberius habere solitis intolerandum videbatur Accede
bat quod fere ex singulis civitatibus ditiores quique ex
merito suo proscripti nihilominus vel domi suae vel apud
cognatos suos latitarent manifesto indicio quod multo
rum uxores citra adulterii suspicionem quotannis tamen
parerent magistratu qui vel importuna compassione vel
sanguinis coniunctione movebatur perniciose dissimulante
Eveniebat enim ut hae proscriptiones gravem invidiam
regi conflarent nullo tamen fructu quod ditiones
ipsius hac hominum fece non liberarentur verum in
intestinis ipsis malum foveretur aliosque contagione
inficeret ita ut multi catholicorum ab hisce nebulonibus
corrumperentur qui etiam eos qui initio tumultus embdam
Frisonum desaliamque clivorum diffugerant domum revocabant varisque
modis tacite vires acquirebant ita ut anno 1572 late
bris suis erumpentes rerum novandarum authores exiserent
pulsis in exilium illis magistratibus qui cum ipsis
nequiter dissimularant iusto dei iudicio (~~ut etiam pro~~
~~gressu harum annalium sepe notabimus~~) qui fautores
hereticorum vel rebellium per ipsos illos hereticos et
rebelles ~~egregie~~ perfide semper puniri permisit ut
in progressu harum annalium sepe notabimus

Hisce omnibus consideratis quandoque in illam opinionem
inclinor ut putem utilius futurum fuisse Si dux
Albanus vir in catholica religione laudabili zelo
praeditus aut maturius et nondum tam late diffuso
malo advenisset ~~et~~ aut tardius adveniens et conjurato
rum capita acriter et ad terrorem puniens cum aliis
quibus aliqualis etiam quaesitus praetextus obtendi
poterat dissimulasset atque illos uxorum suam praedicatio
nibus et expostulationibus reliquisset illa enim animalia
cum ad emolliendos viros naturalem quandam vim a deo
acceperint facile ~~tumore~~ tumiditate sua muliebri
providissent et ~~amoribus suis per~~ blanditiis suis per=
vicissent ne talia deinceps a maritis suis attentarentur
aures eorum obtundendo ut tam suo quam charissimarum
prolium respectu a tam periculosis negotiis in posterum
abstinerent et nisi abstinuissent ad minimam quamque
suspicionem corripi et tanquam ex novo delicto ~~graviter~~
sigillatim et graviter puniri potuissent verum haec
tarde nimis in praesenti ~~philoso~~ expendimus posteris
forsitan instructionem praebitura nam ~~post factum~~ facile est
sapere et Albanus optima fide agebat

Albanus ubi de clade regiorum in Frisia accepta didicit valde turbatus
~~et~~ in locum occisi Ardembergii Giappinum Vitellium
virum bello exercitatissimum surrogat atque Groningam
properare iubet attribuitque ei mille quingentos equites
quos ericus dux brunsvicensis Daventriam adduxerat
et decem germanorum cohortes quarum sex sub comite
Megano et quatuor sub Ioanne Buchio tribuno agebant
imperatque Aegidio Barlemontio Megani fratri ut cum
decem Wallonum signis atque Gaspari Roblesio domino
billio ut cum aliis quinque eiusdem nationis eodem properarent
Et quamvis ~~hae~~ hae vires viderentur quibusdam hosti
resistendo sufficientes futurae attamen Albanus probe sciens quantum
animi roborisque hostibus a tanta victoria accessisset

216

quodque princeps Auraicus in Germania novum exercitum
conscriberet alia parte Belgium invasurus, ut prudenter clam fecum
constituit ipse cum toto exercitus robore Groningam
abire dissimulanter itaque Hispanos omnes ad Silvam
ducis convenire iubet ipse vero Antwerpiam profectus
ibi biduo hesit dum arci recenter a se extructe annona
praesidiumque imponeret sumensque ex armamentario Mechl
liniensi octo tormenta maiora totidemque campestria
propere Silvamducis advolat atque inde Daventriam
~~contendit~~ pari festinatione contendit ne hostes eius
adventu cognito regiis ditionibus excederent prusquam
bello appeterentur ridituri cum ipsis commodum videretur
Dum autem in itinere est certior redditur quod comes
Vandenbergius principis Auriaci sororius oppidulum
Berchem occupasset quod aliquando principis Auraici
proprium tunc inter cetera eius bona fiscus Regius
possidebat Iubet igitur Albanus Sancio Londoniensi
ut cum legionariis suis hostem inde exturbaret qui primo
statim adventu locum statuendis tormentis dispicit
verum praesidiarii territi Embricam cliuorum iuxta sitam
aufugiunt plurimis tamen in itinere amissis, quo tumultu
profligato Albanum assequutus cum ipso Daventriam
appellit decimo Julii atque inde postridie profectus
cum universo exercitu in pago quodam transisulanie
Omne dicto nocte quievit et 12 Julii Coevordiam
ingressus postridie Groningam properans in pago
quodam Roldes nomine + obvium habuit Ciaxxinum
Vitellium cum suis qui Albanum certiorem reddidit quod
Ludovicus Nassovius propidum expectaret comitem
Hoochstratanum unum ex proscriptis cum 600 equitibus
et 1500 gallicis sclopetariis de quorum adventu Albanus
nihil antea cognorat quod istarum regionum incole sponte
sua rebellibus faventes et in heresim propensi ~~[illegible]~~ prodere nollent
ipsorum consilia cumque in illo pago pernoctasset

+ duobus milliaribus Groninga distante

pugnae aleam subterfugere non poterat. Amasis enim fluvius
ab ostio suo quo non admodum lato in oceanum profluit
sinuoso flexu introrsum paulatim diffunditur ita ut sinum
peramplum efficiat qui tria milliaria in latum et quatuor in longum
continere dicitur unde evenit ut angulus istae continentis
qui a summa sinus curvatura in ostium fluminis protenditur
instar lingue cuiusdam atque peninsule sit in hoc tractu
sunt Eemegen Coldemburg et alii ~~dicti~~ comitatus
umbdani pagi in quibus hostes ita castrametabantur ut
Albano persequenti istius quasi peninsule istemus pateret
Albanus itaque 21 julii a Reidem peninsulam versus gra
ditur expugnatoque hostium presidio quod ad emissarium
in aggere posuerant animadvertit eos operam dedisse ut
ostia dicti emissarii solverent et fluxum marinum
campis immitterent verum eo die ulterius progredi noluit
ut certius de hostium instituto cognosceret complures
enim certo affirmabant eos navibus in alterum predicti
sinus latus trancere statuisse eo quod ingentem navicu
larum numerum eo pergere vidissent sed ex tantum erant
rusticorum supellectilem suam atque jumenta in tutum
transportantium. Esse quoque imperator Albanus impossibile
existimabat ~~tam brevi~~ tam grandem navium numerum ~~in~~
tantulo temporis spatio ab hoste congregari potuisse qui
decem millibus hominum transmittendis sufficeret, quare
cum paucis suorum summo mane ad hostium castra profectus
invenit eos in Eemegen confidisse ~~quare~~ et emissis aliquot
equitibus sclopetariis duce Sancio Avilano offendit
eos occupatos in effringendis emissariorum valvis
et duabus tribusve jam ~~effractis~~ effractis tam immensa
vis aque irruperat ut hispani pedites quibusdam in ~~locis~~
locis usque ad genua in nonnullis etiam usque ad umbilicum
in aqua agerent quod si a summo mane istud agere cepissent

albanus eo die longius progredi non potuisset verum
obturatis celeriter ostiis per hispanos ~~denu~~ quatuor
milia sclopetariorum emittunt ut fugatis hispanis aqua
rum obices ~~et~~ penitus confringerent verum regis
strenue locum defendentibus per semihore spatium denum
superveniunt Eulianus Romerus et Sanchius Londoniensis
cum expeditis sclopetariorum manipulis quibus urgentibus
hostium sclopetarii ita repulsi sunt ut multis desideratis
ad castra suorum redire cogerentur quos insequuti a
decima hora ~~[illegible]~~ matutina usque in vesperam continuis
globulorum procellis tantum profecerunt ut hostes
relictis munitionibus trepide ad naves in hoc paratas
~~confenderent~~ ut flumen transire possent confugerent
ubi incumbentibus nostris ita seipsos impellebant ut infini
tus eorum numerus flumine mergeretur quorum pilei alema
nici refluxu maris per ostium fluminis in oceanum delati
et urgentibus ventis in frisiae littus appulsi incredibili
celeritate victoriam regiorum disseminarunt multi quoque
fuga ad pontem Reidemensem delati a germanis ibi in
presidio relictis profligati et occisi sunt alii quoque qui per
fluminis alveum longioris staturae beneficio in insulam
quandam evaserant postridie irruentibus etiam illo hispanis
ad unum omnes occisi sunt ceciderunt eo prelio vel
ipsorum hostium confessione decem milia equitum peditumque
paucis admodum elapsis inter quos Ludovicus Nassovius
et comes Hoochstratanus qui navigio in adversam fluminis
ripam inter primos gnaviter evaserant cessit militum
praedae castrensis eorum apparatus et equi bellici plurimi
cum non contemnenda pecuniae summa quam ~~[illegible]~~ e regis
provinciis vicinisque locis ~~[illegible]~~ incendiarii tributi nomine
in militum stipendium colligerant Habuitque Albanus
in predicto loco statiua per biduum atque insignem hanc
victoriam pontifici regique hispaniarum per certos internuntios
significavit atque exinde breviore itinere groningam reversus est

ubi sextam tantummodo diebus quieti militum datis cum
interim negotia istarum regionum disposuisset castrumque in
urbe Groeningensi edificari praecipisset quod civitas limi
tanea potens et hostium incursionibus obnoxia neque principi
suo admodum fidelis eo cumprimis indigere videretur
expugnatoque obiter castello Wulff quod in comitatu
~~vandenbergio~~ bergensi a rebellibus quibusdam occupatum
fuerat ibidemque praesidio pro hispanorum relicto ultraiectum
discedit ~~ubi~~ quo ordines Hollandiae atque Zelandiae evocari
mandaverat quod brevitate temporis excluderetur ~~et illas~~
~~ditiones~~ quominus illas ditiones adire posset eo quod
indies ex Germania rumor increbesceret principem Aurai
cum militem suum cogere et primo quoque tempore Mosam
transire statuisse quare Albanus quatriduo tantum
ultraiecti mansit et silvaniducis se contulit quod locus
iste ad Mosam et in media brabantia situs commeatui
~~pro~~ expediendo esset utilissimus cumque subitarium delectu
legiones aliquot Walonum atque Germanorum conscribi
fecisset equitumque numerum auxisset et ordinarios belgicarum
regionum equites evocasset omnes Traiectum ad Mosam
convenire iussit eo quod satis constaret Auraicum cum
pregrandibus copiis Rinum iuxta Andernacum transisse
quos celeriter et facile in Germania cogerat eo quod
istius nationis mos sit ut qui militem quantovis numero
conscribere velit non nisi primum stipendium parata
pecunia solvat de reliquo fides ipsi habetur Porro quod
iuxta Andernacum flumen transierat quibusdam videbatur
in comitatum potius burgundie quam in Belgium tendere
attamen Albanus hoc ideo non putabat facturum quod
gravem ibi hostem et Germanis hereditarium esset offensurus
Helvetium qui ex antiquissimi foederis tabulis pro sale
quod ijs ex comitatu illo penditur eundem comitatum
defendere tenentur cum tot copiis atque burgundionibus
visum fuerit Quod hostes probe cognoscentes ne

praeter Hispanum etiam alios in se concitarent omissa
Burgundia Belgium petunt Carpumque perveniunt quod
Hereditarium regis Hispaniarum castrum undique Colo=
niensi exscapatu cingitur atque Coloniam Trajectumque ad
Mosam interjacet quarto tantum lapide ab eo distans
Quare albanus propere copias contraxit praesidioque
Limburgo simile atque Ruremonde imposito militem
recenset inveniuntque in regio exercitu quinque millia equitum
et ~~quinq~~ quingentos et sexdecim millia peditum gregie
armatorum Enterim vero adest a rege galliarum
legatus exponens quod princeps suus quandoquidem intellexe=
rat Auraicum cum grandi exercitu ~~reg~~ ditiones regis
Hispaniarum fratris sui invadere statuisset Albano
subsidio mittere velle duo millia equitum Cui alba=
nus gratiis actis respondit se intellexisse Johannem
Hanguestium dominum de Genlis Hugenotum gallum
in Francia cogere grandem militum manum ut
principi auraico in Belgium irruenti praesidio sit
gratum sibi futurum se rex gallus hoc impediret prae=
sidiumque equitum submitteret Cui post aliquot dies
alius legatus succedens a rege suo nuntiat curaturum
se ut primo quoque tempore ille copie dissolvantur quas
Genlisius cogerat porro duo millia equitum jam in
finibus praesto esse praefectis duce Aumalio et mare
schallo Cosseo quare petere se ab Albano ut certos
nuntios destinaret qui per ditiones Belgicas eos in castra
adducerent ~~Quare~~ Albanus propere misit philippum
Croium dominum Hauréum ut equites ~~equites~~ illos excipiret
atque deduceret verum cum is ad Belgii fines pervenisset
atque ibidem aliquamdiu expectasset equites nusquam com=
parverunt totumque negotium gallica levitate ~~[illegible]~~ in
ventum abiit Hostes autem interea ad pagum
quendam dictum nomine venerant ad Mosam intra Leodium
atque Trajectum situm Quare albanus qui hactenus

castra ~~ex~~ habuerat primo a trajecto lapide in pago
Hare nuncupato + inde ~~castra~~ movet et iuxta Lietemburgum
in ~~pago~~ loco quodam ~~Lietemburgo~~ castra cesaris dicto
consedit quod melius caesar eo loco castra habuisse fera
tur cum Belgium olim subigeret non levibus adhuc muni
tionum indiciis. Dum autem ibi Albanus agit venit ad
eum aeneator ab hoste missus cum literis quem Albanus
continuo correptum suspendi fecit praefatus ius belli
~~missionem~~ legatorumque immunitatem ad hostes et non ad
rebelles pertinere ~~illos~~ hos enim cum subditi sint aequa ~~cum~~
cum principe suo conditione agere non posse verebatur
enim Albanus ne ~~reb~~ rebelles et profugi qui in hostium
castris erant sub praetextu mittendae legationis animos
Belgarum qui Regis in castris militabant corrumperent
~~quare~~ itaque ~~hoc egit~~ acerrime providere proposuerat ne
quod colloquium commerciumve sui cum hoste haberent
Misit autem Giappinum Vitellium eo quod ipse ex febre
laboraret qui ~~prof~~ altitudinem ~~e~~ fluminis exploraret
locumque ex altero Mosae latere dispiceret qui castris
locandis idoneus esset statuerat enim Mosam cum exerci
tu trancere ut hoc modo hostem detineret quominus
flumen transgredi et Regias ditiones invadere auderet
tanto exercitu in tergo sibi constituto attamen quo minus
fieret impedimento fuit quod flumen ~~aliqu~~ alioqui pro
fundissimum magnis estibus et continua siccitate in
tantum decreverat ut nusquam fere non vado transiri
posset. Accidebat quod hostes ab episcopo capituloque
Leodiensi ~~transitum~~ peterant ut per ipsorum urbem et
pontem in alteram ripae partem transire possent
quae res Albanum in graves curas conjecerat nemini
enim dubium erat ~~quin~~ si ~~h~~ Leodienses hostium postulatis
annuissent ipsumque modis recepissent quin fide heretica
urbem copiosissimam atque opportunissimam occupassent

+ 29 Septembris

et diuturno atque periculoso admodum bello regem
Hispaniarum implicuissent. Hoc veritus Albanus
ante aliquot dies cum primum de hostium itinere
cognouisset ab episcopo Gerardo Groesbeckio capi-
tuloque leodiensi peturat ne hosti transitum darent
promiseratque se urbem ipsorum perinde contra hostem
defensurum atque hereditarias principis sui ditiones
verum neque ipse neque etiam episcopus tantum vel a
capitulo vel a ciuibus suis in Auriacum valde propenden-
tibus obtinere potuerat ut praesidium paucorum militum
vel urbe vel munitis suis locis admitterent quae res
cogebat Albanum valde vereri ne plus equo hostium
petitioni concederent. Attamen transitum hosti
denegarunt quare Auraicus incensis aliquot catholicorum
templis noctu inde profectus loco inferiore iuxta
Stochum episcopatus Leodiensis oppidulum Mosam
transit. ~~Quare~~ Albanus itaque octauo octobris castra
propere mouet et prope trajectum ad Mosam in predio
quodam Gramburch vocato considit. Porro in
mouendis castris illum ordinem ~~Albanus~~ semper seruabat
ut ante omnem exercitum ipse cum fossoribus
precederet inusitato more sed certo consilio contraxerat
enim omnes vires ciuitatesque omnes ~~sine~~ praesidio valido
praesertim hoste nudarat nec munire poterat quandoquidem
hostium vires ex esset quibus nec integro et non deminuto
exercitu par haberetur et ex dignitate tam sua quam
principis sui erat ut hoste pugnae occasionem dante
ipse non recusaret ne regius exercitus timiditatis
et imbecillitatis a rebellibus praesertim suis notaretur
unde ~~et~~ Albano incessum erat ex propinquo hostium
motibus intentum esse ut hoc metu hostis distineretur
quominus contra Louanium Bruxellas ~~vel~~ Genas ~~in~~
~~proquam~~ ~~propinquo~~ vel alias in propinquo sitas urbes
quicquam attentaret quod aliter commode fieri non

poterat nisi ipse imperator ante primam aciem versaretur
ut data occasione loci situm animadverteret et opere
militari muniendum curaret. Nono igitur octobris cum
exploratores Regii retulissent hostem in armis esse et ad
Regiorum castra tendere Albanus suos propere in aciem
producit hoc ordine. Hispanos omnes pedites in una
aciem coegerat et proxime hostem locarat. Ad dexteram
huius Germanorum phalanx constiterat cum praefecto
suo Lodronio que tamen undique erat munita Hispanis
schlopetariis quos utili instituto lanceariis Germanorum
cohortibus iam olim bello Germanico Albanus miscuerat
et paulo ulterius secunda Germanorum phalanx duce
comite Cuersteinio constiterat ita Walonum sclope-
tariorum subsidio fulta sicut de praecedente diximus.
Quarta demum acies tota belgis et maxime Walonibus
constabat veterano certe milite et multa nobilitate
conspicua. Equitatus vero ita locatus erat
ut universa levis armatura in sex acies distincta
duce Ferdinando Toletano Albani filio ~~de~~ sinistram
Hispanorum ita clauderet ut tribus equitum Germanorum
turmis firmaretur. Gravis autem armature equites
in tres ~~[illegible]~~ acies distincte ad dexteram Walonum
~~constitute~~ erant pari equitum Germanorum auxilio fulte.
Tormenta vero bellica in media acie ante phalanges
Germanorum agebantur eo quod locus undique planus
esset. Hereticorum autem vires erant novem
millia equitum lectissimorum et quindecim millia pe-
ditum quibus mille schlopetarii galli accedebant.
Verum cum invicem in conspectum copie venissent pugnare
tamen abstinuerunt donec hostes Tongros versus tendentes
et ~~[illegible]~~ a Tongrensibus commeatu adiuti demum

urgente et vestigiis insistente Albano tumultuariis expeditioni-
bus eo redacti sunt ut ex finibus Leodiensium in Bra-
bantiam intrare cogerentur ubi tanta commeatuum
inopia procurante et sequente Albano urgebantur ut
tantum panis rapisque vitam sustentarent multique fame
necarentur + unde quotidie castra movere et longius
progredi cogebantur ita ut Thienis et Bruxellis
Quamoque imminere viderentur quibus civitatibus Albanus
propterea etiam valida praesidia imposuit quare ~~cum~~
iis premunitis et Albano vestigiis ipsorum insistente
fameque urgente ~~nostrisque~~ Regiisque ipsorum excursiones
et pabulationes et liberiores undique castigantibus
~~nec~~ necessario coacti sunt Brabantia excedere et ~~ultimus~~
ad fines Galliae tendere et iis copiis exercitum restaurare
quas Genlisius predictus in Galliis coactas subsidio
iam adducebat Auraico Accidebat autem ut in hac
crebra castrorum mutatione ingruentibus semper Hispanis
multos suorum amitterent praesertim cum fluviolum quen-
dam guet nominatum quae Brabantiam a Leodiensi episco-
patu separat transmitterent ceciderunt enim eo die et
postremis fere tria millia peditum equitumque et inter
eos comes Hoopstratanus ita vulneratus ut paucis
post diebus moreretur ridente multum Ludovico Nasso-
vio cui nuper inter epulas fugam et cladem Leme-
gensem exprobrarat, circa haec tempora ex Hispa-
niis in castra venit Iacobus Toletanus Albani
filius natu minimus comestabulis Navarrae dictus
cum paucis ante mensibus cum adhuc Groninge esset
filius eius natu maior Fridericus Alvarus Toletanus
qui hoc bello praefecturam universi peditatus habuit
appulisset ita ut cum tertius filius Ferdinandus Toleta-
nus magni sancti Ioannis prior dictus cum patre in
Belgium advenisset + iam omnes tres huic bello interessent

+ ita ut ditiores plerique sacculos farina oppletos secum ferrent ut pulte ex aqua facta famem levare possent

+ et diu praefecturam equitum obtinuisset

Hostes variis hisce incommodis debilitati de summa rei
diffidere et Germaniam fugamque meditari incipiebant
cum opportune admodum ipsis supervenit Genlisius cum
gallicis auxiliis mille octingentis equitibus et quater
mille peditibus + unde suspicatus Albanus eos novis hisce
copiis animatos Lovanium vel Bruxellas tentare posse
summa festinatione castra movet et iuxta moenia Lova
niensia in abbatia Parcensi ita castra locat ut et
Lovanium defenderet et Bruxellas tegeret Verum
rebelles cum summa commeatuum penuria premerentur
et hyems instaret omnino nihil aliud in votis habebant
quam e ditionibus Regis sine magna clade evadere
capitulum Leodiense inclinata iam belli fortuna ad
Albanum mittunt statutum sibi esse ut quandocunque ipsi
videretur praesidia tam urbi Leodiensi quam aliis
eiusdem diocesis oppidis castrisque imponere posset
quare festinanter Mondragonium cum aliquot turmis
Wallonum Huyum occupare iubet quod per
istius oppidi pontem lapideum mosae impositum com
pendiosissimum effugium hosti in Germaniam pateret
praesertim cum aquis autumnalibus auctum et late
restagnans flumen amplius vado transmitti non posset
Quare Rebelles Huyo exclusi ad unicum subsidium
pontem scilicet Leodiensem deferuntur demissis ad
modum precibus ab episcopo capituloque etiam oblatis
vadibus innoxium transitum petunt verum cum Leodienses
qui praesidium aliquot Wallonum ab Albano submissum
menibus receperant ipsorum postulata rejecissent
rabida ira perciti tormenta aliquot in oppositam urbem
displodunt sed cum vi nihil profici posse
animadverterent Deum ut ceptis eorum adversantem
incusantes iter effugiumque in Galliam quod solum supererat
suscipere coacti sunt quandoquidem cum fame ita lucta

+ ut ex Francia per silvam Ardenna profecti haud procul dimanto diocesis Leodiensis oppidulo Mosam trajecerant

dimittit Hispanosque ita dispertit ut Eulianus Romerus
cum legione sicula Bruxellis Mechliniaeque hibernaret
Legio vero Longobardica cum londoniensi ultrajectum
bommelam gorcomiumque occuparet Neapolitana vero
trajecti ad Mosam sylveducis graviaeque in praesidiis
locata est Nam quantum ad legionem Sardiniensem
attinet ea bello frisico statim post victoriam Eemo
gensem uno ~~pe~~ edicto per ignominiam ab Albano ita
fuerat exauctorata ut eius milites aliis tribus legionibus
miscerentur eo quod statim a victoria illa ~~cum~~ regias
ditiones jam ingressi ~~essent~~ dissimulante Bracamontio
tribuno flamma ferroque in innoxios agricolas eorumque
tecta desevissent Wallones autem partim Danen
triae partim Groningae hibernare iussit Alvaricum
vero Lodronium valencenas Antwerpiamque dimisit
ubi duo millia tyronum Hispanorum (bisonges vocant)
ex Hispaniis recenter advecta castrum ab Albano
exstructum custodiebant Vigesima quarta Eulii moritur in
Hispaniis ut in historia

1 5 6 9

Cujato Anxano rum rdo Hadtrorum pdicta videbuntur nuncio qñ initio
insurgebant impia regente ad sua in Belgium redierunt vndo 22
Januarii ad ordines Hollandie rintatde pde Bosduinum gubernatorem stanisl
Achamb vt delegatde de hñi nobilibus inquirant minutosq rum illos posse
visse constituant qui perfugerit sint absq vlla ramissa cognitione sententiam
ruentura illos latam deiquantur

Cum annotatis nuncium bonis iuncta in prendam fisci remittebantur praesertim
pde debitorum aliquorum depositarium seu reparum hartarum et approbatarum
pde vinutos vte suspectos notarios 22 Januarii per Hollandiam publicatur
et ordines videbunt perfugerum vel detinentium nota peradata depositaria
vtiam posse originalia per nos quos tempore ad nunciaturas debuerunt et
depositaria rum sua per nos aliosue pde illos reservabitur alias fidem non
habitura Si qua vero debita fuerim per testes vel alio modo probari possent
mittetur et nisi vlla vsque dantur et de reminiarum nostri deputari
possent

Deinde de randt Achamb aut tabellionis vel cancellarii minus aliquos
testes recipiant vel deponant vel alia quevis acta conficiant in ramissis ad
rebellionem pertinentem aliquo modo pertinentibus declarandi talium ram=
sarum reperiendum sibi pleni restrictum pena depti et confiscationis bonorum
in contrarium viventes statuta Etiam quoniam deputati perfugerum pene
ad sua mandata de tota Belgium perlustrabuntur et nonnisi de numero rede=
untes de Deorum missi et instructionem iuncta perdurosa passim molestantur
Expedient nr hñi nuncios ad sua mandata cum literis perfugerum
quod se vel alios perfugerent videam mandent per angelum in
Belgium redire permittantur

Quoniam vero fisci Regius iuncta et insigna bona fundalia veterum
qui perfugerit vel perfugisse dicant occupavit et Antonii Lidekam et
Julianam rum appendentes: Antonethes Egmondam comitatum Egmon=
danum Purmerda Purmerlanda et Purmerlandia Hoorhuisdael Adrichuisdael
et alia Philippi Monmorantii comitis Horni Horum dominium in
pphiam Culemburgi Aletmar Hornarii Brederodii Dianam Amidam et alia Severinii
comitis Culemburgi Vuldringam Coeburgam Culam Heuts=
huysium Wassaer Buitsleari Asperiam Langeraram Langesto=
nium et dominium Arcyonte Damelat a Buitsleade Baroniam
Middelburgi Jacobi Duivenvoordi Wingardum Hildegardia Raephorst
Raephorstium Adriani a Sabelthi Sulchterium Gisberti Dun=
woudii Sedanum et Heynsbergam Wilhelmi Nyvelti Heid=
adtsbergam Et quandoquidem tam publicum Hollandrorum fundum
iuncta hodie detinent minora fundi sive Valeria sua et Valeria sua qui
rum omnium notarium Habiti interdicat fisci Regii mandatur omnibus
et quibuscumq hñi et intra sex sextmonas fundi sui Hagam ad gubr
natorem vel de absente pradictum Consilium deferant et inita debita persolvent

florenorum millia intra tres menses solverent. Praesidiarii

+ usque ad numerum quinque millium praeditum admixtis aliquot equitibus

omnes exceptis iis qui in montibus Hannoniae, Zutphaniae,
aliisve locis quandoque dimissi fuerant, sine armis abirent
praestito iuramento quod contra regem Hispaniarum numquam
arma ferrent / congregatis igitur civibus in monasterio
Zelensi, qui iam antea arma sua in domo publica deposuerant
sub Johanne Velet consule Mulieribus vero et pueris in
ecclesiam cathedralem convenientibus et militibus in Xe
nodochio Balenossano, Eulianus Romerous a Frederico in
urbem mittitur qui civibus mulieribusque vitam donatam
denuntiari iubet, milites vero exarmatos urbe emittit,
exceptis iis qui aliquando iam dimissi fuerant, numero circiter
bis mille, qui in suas quique nationes distributi sunt certis
diebus capite plectendi. Interim Albanus denuntiari iubet
iis qui ex Hollandia profugi regia castra secuti fuerant
ut si quos nossent ex Lisco captivis qui sinistra aliqua
fortuna, vel aliorum perversis consiliis magis quam pro
positi nequitia peccassent, eos libere possent eripere, quod
plurimis caussa salutis fuit, ceteris vero ~~sibi~~ partim ~~vel~~ gladio
partim ~~vel etiam~~ submersione punitis sunt

Dum haec in Hollandia geruntur ne in Zelandia quidem
cessatum est sub initium enim aprilis dominus Beauvasius
Zelandiae archithalassus Albanum certiorem reddit quod
magna commeatuum inopia laborarent Middelburgenses,
atque Arnemudani: Quare Albanus imperat Sanchio
Avillano castri antwerpiensis praefecto ut armatis aliquot
navibus Walacrensibus subsidio ire ~~in~~ properet qui
~~armati~~ classe 20 circiter navium maiorum quibus aliquot
minora navigia accidebant iuxta Flessingam ita cum
hoste navium numero longe superiore confligit, ut cum casu
ignis in pulverem tormentarium cecidisset multis suorum
amissis ipse cum paucis Middelburgum veniret 23 aprilis
Rebelles hac victoria elatiores facti duce Rolleto guber
natore Veerensi primo maii cum ~~quinque~~ octo expeditorum
in 36 navibus bellicis peditum signis ex Walacria in insulam Tholensem transiunt

ut eiusdem nominis oppidulum in ea situm expugnent, cumque
ad S. Martini aggerem tenderent milites qui ~~in~~ castro ~~quidam~~
cuidam prepositos in deditionem accipiunt, atque inde solventes
cum deditios illos perfide prius aquis mersissent, iuxta
ostia fluminis vosmeri, qui insulam continentemque interlabitur
munitionem excitant, perfossoque aggere et immisso mari insulam
a continenti penitus separare contendunt, verum occurrente
cum paucis Mondragonio hostis loco pellitur, et ita cum suis
occidione deletur ut 20 tantum ad naves evaderent / ~~sub~~ ultimo
~~initium octobris~~ Augusti Rebelles qui ubique suos coryceos habebant
quibus de prefidiis militum ~~et in~~ iis que in regiis urbibus
agebantur certiores fierent, contractis ~~con~~ dordraci atque
Gorcomii aliquot navibus atque militibus + eo quod montes
Stae Geertrudis locum valde opportunum ad introitum
brabantie ~~situm~~ ex adverso dordraci situm satis negligenter
custodiri audivissent, a duabus wallonum cohortibus quae
ibi in praesidio erant, noctu ad menia advolant admotisque
scalis incredibili ~~felicitate~~ facilitate oppido potiuntur expul-
soque wallonum praesidio more suo in ecclesiasticos desevivunt
Guilielmum Galenum insignem sacerdotem in platea
confodiunt ~~et eiusdem~~ et alium quendam minoritam
nomine item Guilielmum ~~[illegible]~~ + indito laqueo suspendunt
verum fracto laqueo decidentem in concavo quoddam
deducunt ubi servabatur Franciscus Vogelsanck, qui
sororum tertii ordinis in eodem oppido prefectus fuerat
ubi cum biduo asservati fuissent, supervenit ab Auriaco
horum scelerum architragido missus apostata quidam Augusti-
nensis Adrianus Gockius ut cum captivis sacerdotibus
disputaret, qui a minorita illo egregie confutatus ira
rabidus spopondit ut postridie morte turpissima afficeretur,
quod et prestitit, quia enim septembris immobili constantia
insignis Christi martir cum prius pro persequentibus deum
exorasset patibuli suspendio consummatus est. Haec est
hereticorum libera religio, hic hispanice inquisitionis aversio

+ duce poyeto quodam gallo

+ insignem concionatorem

Interea Sancius Auillanus ~~cum~~ et Beauuasius archithalassus
e Walachria Antuerpiam peruenerunt nouam classem paraturi
~~quibus~~ obsessis commeatum adhuc possint, assumptoque
cum aliquot militibus Mondragonio eintata flessinga
ad alterum insulae latus militem commeatumque exponunt,
et curribus Middelburgum adhuc curant, ubi Mondragonius
in praesidio mansit ~~alienate~~ Beauuasio ~~ut no~~ Antuerpiam
redeunte ut nouum militem aliumque commeatum denuo
subueheret. Dum haec in Zelandia geruntur
Albanus comperta Harlemensium deditione ultrajectum
venit ut Hispanis stipendia quatuor mensium quae debe-
bantur solueret, simulque etiam classem ~~h~~ quae amstelredami
parata erat, deduci et contra hostem pugnare iuberet,
quam ipse gubernator bossuinis cum sex cohortibus
Hispanis et paucis Walonibus atque belgis 12 Augusti
conscendit, pluribusque velitationibus habitis contra
rebellium classem, quae nouemdecim grandioribus et
aliquot minoribus enchusia soluerat, tandem 12 septem-
bris mari pugnatum est, ita ut praetoria Regia, quae
vulgo inquisitio dicebatur, hostium ~~praef~~ praetoriam cum
tribus aliis inuaderet, quo viso ceterae regiae naues
expansis velis fugam capiunt, una sola tricentorum
sex vasorum quae erat Friderici Thomae nauarchi comi-
tem sequeretur, hostiumque classi egregie repugnaret
naues autem ita coniuncte dum acriter calce viua
aliisque machinis inuicem tota ~~nocte~~ nocte ~~copulate essent~~ pugnassent
sub auroram demum ventorum marisque impetu in ~~aggere~~
aggerem qui Edamum et Hornam interiacet impellitur,
tum omnes classiarii belgaeque nequicquam obsistente
bossuio, ad hostem transeunt, qui cum 15 tantum
Hispanis ~~ex~~ bis hoste depulso ~~tandem~~ deditionem facere
coactus est, et Hornam cum Hispanis abducitur, ubi

+ duodecim magnarum nauium

mira incolarum sevitia inhumane admodum excipitur,
ita ut mulieris januis suis erumpentes Hispanos
qui vincti ducebantur pugnis impeterent. Interea
Hispani occupato Harlemo tumultuabantur et vix
post duos menses seditione compressa, Harlemo prefi-
citur baro liquesius cum aliquot Wallonum signis,
Hispaniq ~~arb~~ Alchmariam obsidere iubentur in quam
rem ab Amstelridamensibus praefertim impellebantur
qui in hoc proprio suo commodo ut ~~natior~~ navigationem
Vuterlandiae liberam haberent magis quam utilitati
publicae studebant, persuadere enim intebantur Albano
~~[illegible]~~ parvo molimine Alchmariam occupari
posse ut sub hyemem victor exercitus leidam
duceretur. quare Albanus Franciscum Valdesium
cum aliquot Hispanis premittit ut Alphen pagum medio fere intinere
gondam inter atq leidam occuparet. Fridericus
autem cum robore exercitus Alchmariam versus tendit,
locatisq castris bifariam oppidum oppugnare
statuit, ex parte sic occidentali, ubi legio SS Philippi
et Jacobi metabatur, undecim tormentis collocatis,
ex altera parte itinere Harlemensi septem cum quibus
veteranae legiones erant ~~[illegible]~~ equitatu apud
Beverwyckanos constituto verum cum necdum satis
prostratis muris propere nimis Hispani oppugnare
nituntur ubique magna suorum clade repulsi sunt,
oppidanis cum omni etate et sexu repugnantibus, praesertim
cum praesidio plus quam octingentorum militum
suffulti essent ~~[illegible]~~ proposuerat Fridericus motis
tormentis aliam urbis partem oppugnare verum
continuis pluviis in tantum aquae crevierant ut
~~[illegible]~~ ad genua et quibusdam in locis etiam ad umbilicum
usq militi pertingerent quare ex mandato Albani
decima octobris

soluta obsidione, militem ad altiora loca reducit, ad
montes presertim arenosos qui Egmondam Harlemumque
interjacent ~~milite vero~~ exercitu vero paucorum
dierum quiete recreato Francisco Valdesio imperat ut
cum legione apostolorum atque duabus legionibus Wa-
lonum et una Germanorum, per lacum Harlemensem
navigiis in interiorem Hollandiam contendat, occupatoque
Leidendorpio pago intra pannum lapidem Leida distantem
duobusque signis Hispanorum ibidem praesidio impositis
et ceteris pagis reno adjacentibus occupatis expugnatoque
propugnaculo quod ad confluentes reni et gonde haud
procul ab alphyn pago rebelles erexerant, ulterius progressus
pagos Soeterwonde Hasersvonde Bleyswyck aliosque
in meditullio Hollandie sitos invadit ~~occupat~~ ~~ex altera~~
Eulianus quoque Romerous ab eodem ~~duce~~ Albano via
terrestri circa littus maris cum duabus veteranis
Hispanorum legionibus adjunctis aliquot Walonum
Germanorumque vexillis quatuor turmis equitum Hispa-
norum levis armature adjuncta Germanorum gravis
armature turma una Hagam occupat qui ex
Amere Catwyck Valchenborch aliosque pagos milite
munit, occupaturque novembris etiam magni momenti propugnaculum
Maselantslusanum ad mosae aggere ex adverso brielle
in extremo fere Hollandie angulo ~~mer~~ meridionali
situm, ubi quamvis sexcenti milites ~~cum ex~~ in praesidio
essent cum prefecto Philippo Marnexio S. Aldegonde
domino viro litterato et inter rebelles nominatissimo,
tamen accurrente Johanne Contrerasio pentacontarcho ~~[illegible]~~
cum tridecim tantum Hispanis primo impetu expugnatur
capito dicto Marnexio, et Vetrajectum in castrum deducto,
reliquis vero fugatis aut occisis, existimabant enim prae-
sidiarii plures Hispanorum copias subsidio adventare

Franciscus vero Valdesius dispositis circa aggerem Rena
num presidijs Hagam abijt atque dux huius belli ab Alba
no proclamatus ibidem ~~Hiem~~ hiemare constituit. Eulia
nus enim Romerous ab Albano in Brabantiam missus
fuerat ut cohortes quasdam et equitatum colligeret qui
cum Albano decessurus erat. Constiterat enim
apud regem Albanus diversis vicibus ut prefectura
abire et domi suae in Hispania quiescere liceret iam gran
deus presertim cum medicorum iudicio harum regionum
humidior atque frigidior temperatura ipsius valetudini
intantum adversaretur, ut si diutius in ijs permaneret
ad res gerendas ~~nis~~ penitus inhabilis redderetur, quod
paralisi nervorumque contractionibus, nec non et frigidio
ris cerebri defluxionibus catharrisque mirum in modum
vexaretur: quod itidem et Medinensi duci accidebat
qui hactenus ad aquas spadanas ~~[illegible]~~ medicas
haud procul ludio haeserat quare rex utrumque
sub finem huius anni in Hispaniam revocat. Misso
in ~~[illegible]~~ Albani locum Ludovico Requesantio+, magno casti
liae commendatori, viro insigni et plurimis gravissi
mis pacis bellique negotijs probato profligarat enim
bellum maurorum Granatense, Iohanni Austriaco
~~[illegible]~~ colliga datus cum quo
deinceps mari, ~~cum contra~~ turcis ad echinades insulas
triumphavit. Exinde vero prorex ducatui Mediolanensi
prefuerat. Demum a Rege belgicarum provinciarum
gubernator designatus, licet primum onus illud recusasset
demum Rege absolute iubente acceptare coactus erat
et sub finem huius anni ex Italia decessit comitatus
~~tantum~~ duabus tantum turmis equitum ~~A~~ Etalicorum
albanos vocant, et facto per Sabaudiam et Lotharin
giam itinere 17 novembris bruxellas advenit
ubi cedente Albano 29 novembris in gubernatorem susceptus est

+ Guessanorum princi
pum stirpe orando
ordinis Sti Iacobi

332

Quare albanus ad iter se accinxit et ~~[illegible]~~ 17 decembris
cum Medinensi duce, filiosque suos Frederico ~~Ferdinando~~
~~Eatque Iacobo~~ in Italiam contendit, itinere quo requesan
tius advenerat, comitantibus quinque turmis equitum
atque inde Genua in Hispaniam trajecit. Vir
omni laude dignissimus, summus imperator, et catholice
religionis propugnator indefessus, quod toto regiminis
sui tempore satis superque ostendit, cui vel in superabundans
testimonium vatinianum hereticorum odium sufficeret.
certe cum discessurus Sylvaniducis advenisset, et
~~[illegible]~~ ab episcopo conveniretur, eumque pedes erecta et procera
statura apertoque cano ~~[illegible]~~ capite venerabilis
senex excepisset, sicuti mos semper ipsi fuerat ecclesiasti
cos insigni et speciali quodam honore ~~[illegible]~~ prosequi,
et iuxta se pari sella sedere iussisset, inter alia
salutaria precepta hoc ~~[illegible]~~ enixe admodum monuit ut
hereticorum machinationibus insidiis atque conventiculis
disturbandis sicuti prudens ecclesiae pastor invigilaret,
quod hoc genus hominum praesertim calviniani seditio
sum ~~atque~~ rebelle et perfidum omnia sursum deorsumque
miscere consuevisset, ubi paulo remissiorem prefectum
~~[illegible]~~ ecclesiasticum vel secularem nacti essent. Cogi
tanti mihi de ~~[illegible]~~ hunc viri ingenio ac moribus,
et patriae nostrae illis temporibus constitutione misera
sepe occurrit optare ut talis tantusque vir aut
maturius huc advenisset aut non tam cito descessisset,
nam si ~~[illegible]~~ sub initium turbarum loco principis
parmensis quae ob sexum atque mite ingenium a rebellibus
despiciebatur ~~[illegible]~~ belgio praefuisset, nunquam heretici
huiusmodi consilia conferre ausi fuissent, aut si quo
minus de facto quod aiunt comprehensi atque puniti exem
plo suo alios terruissent. Aut si non tam cito
etiam decessisset certo mihi persuadeo quod constans

atq fortunatus imperator et gosti multum terribilis
breui spatio bello finem imposuisset. Hoc solum a qui
busdam in illo desideratur ut sicuti bellicis artibus
erat instructissimus, ita quoq ciuilibus excelluisset ut
maiore tranquillitate paratis rebus preesse potuisset
verum haereticorum continua factiones et de bellis
semper nata bella efficerint ut hoc posterius minus in
eo desideraretur. # Placuit autem ut posteaquam in
Etaliam eum iam dimiserimus imaginem tamen eius
lectori hic exhibeamus ut ex ipsis corporis linea
mentis vultusq gravitate aliqua saltem ex parte viri huius
prestantia posteris innotescat

ut omittam quod politica
rum ~~[illegible]~~ et
Belgicarum rerum imperitia
frustra di ab humilis
obiecta sit cum exacta
in illis iustitiam pre
beat instructio quam
hisce fere temporibus ad
regem in Hispaniam
ex Belgio transmisit
atq hoc loco a nobis
optime subiuncti posse
visa est. Est autem
talis Articuli ex
ut in App. A

Requesentius tam turbido rerum statu susceptis guber
naculis nihil prius habuit quam ut Mondragonio
obsessisq Valaperie ciuitatibus subueniret, quae iam
ad extremam famem redacte erant unde Rebelles
sublatis animis castrum Rammehens quod ad angustias
~~fluuii~~ ostii scaldis ~~positum~~ in Valaperia ~~situm~~ loco
opportunissimo situm erat obsidione cinxerant, suffossisq
cuniculis, et muris fere labefactatis 9 octobris ad
deditionem coegerant, quo amisso cum grandioribus
navibus

aditus in Valachriam interclusus esset, commendator
duas classes armari precipit unam maiorum navium
Hantoberpiae ~~alteram minor~~ ut hostem ante flessingam
impediret quo minus alteram classem que montibus
ad Zomam minorum navigiorum preparabatur et ex
altero Valachriae latere minore aestuarii profunditate
terram capere debebat integris viribus adoriri posset.
Hoc anno Tornaci Appe E
Anno praetecto Appi D

A/ E quibus Rosendalium atque thalassium diu in domibus
suis appositis custodibus observarant, et cum ~~ad~~ eos ad
furcam ducerent Sacerdotem Franciscum Jacobi
etiam capiendum censent, quem in lecto iam quiescentem
invenientes, erat enim hora circiter medium decime,
ita ut erat in indusio a lachrimante matre sororibusque
abducunt, et indusio infra tibias religato sine vestibus
suspendunt. Quirini vero thalassii filia religiosa
patre abscedente lachrimantem in fossam Bahenesse
dictam proiciunt et submergunt.

Agreinder 23/

Articuli tredecim quibus ostenduntur media necessaria ad utilia et religio
rationalia et politicis regia in Regno conservantur. Primo ut rex omnes
proceres in unum corpus coniungi faciat et unum de eis regnum sequens unum
regem constituat titulo inferiores Germanie ferratis Bruxellas nuncupatum
ad regnum Parisiorum in Gallia et Londini in Anglia 2 Ut rex faciat
legem communem per constitutionem religionis rationalis de consensu omnium
dicti regni nationum sta tamen ut nullo modo detur Inquisitio de
quod mihi pertinet spiritualibus sta quoniam sit atq nomen Inquisitionis
Hispanice quamvis essent omnes homines et sanctis sit 3 Ut Rex victos
de iustis causis regat vobis hominibus fidelia et vera probatis assignet visq
pertinatur et nunquam eorum rura sua absint fidelibus maiorum meritis
sunt ut reddant qua mihi magis interest insolentiam et rebellionem
pertinaci quam negligentia vel absentia pastoris et postremis hiis turbis
regni datum est 4 Ut constituantur et dissolvantur in singulis civitatibus
curie sive senatus decem de quod de hoc communi pertinet in talem
arrogantiam elate sint et contendant hiis temporibus pertinet sive legem
pertinebus 5 Ut in singulis civitatibus constituatur aliquis publicator
vel vocatus pertinet qui singule accessum habeat ad senatum et magistratu
regni ipsius tali venia et pertinet ut nuntiet illis contumelias qua in
pertinentium pertinet constituant 6 Ut Rex in pertinens eorum de
rebellione subditis tristem et tenui fiat qua mihi pertinens sed tristem
firmius tenet in ostium quam ordinarium militare pertinens quemadmodum
barones in manu ad resistendum 7 Omnibus civitatibus adimantur
tormenta bellica de quibus eorum limitandis daq sirenitur in castris sive
municipiis et singuli esse possint ad manum qua nulla vi pertinens magis
communitur quam si videat pertinens suum armatum se vero bene instituto
sed infirmum pertinens quamq magis et armatus subditus de modo vero et juvenis
pertinens est 8 Rex armamentarium publicum pro 50 vel 60 millibus
Hominum faciat Quemlibet qua virtus in quolibet regni sit natus est
commode unum regi detinet in loco maiori hiis quoniam religiosis alio transfe
tis de quod absq magnis pertinet in unum usum adaptari potest et facilius
sub eorum aquila abundant facies vadi possit nec pertinens libet sic pertinens armatis
det armis de illo loco in quemlibet partem faciet pertinentibus et pertinens
minimis qui tamen non vito hoc eminadmatet rem hi quatuor magis
studeant fide electi et exercitii demostro atq negotiationi quam armis
9 Ut pertinens alterum pertinens mari versus Rex Hispanie pertinentem
Galvat relassum 30 omnis pertinet quamvis unus studia faciet collegium
de sanctis et doctrinalibus et simplicibus usq hoc regnum non tantum ad hoc
commodissimum pertinens ella Christiane appellere deto et frequenter
inveniatur quisquam et sit similes verum est etiam necessarium qua
de hoc quod intra paucos annos dotandi sunt et regi possit non solum ad
unctos annos dicta relassis interire verum etiam quoniam hoc Anglia subsi
quq pertinet quantumvis magnus sit non est formidini nisi relassum regis

actis comitiorum destinantur 13 Palatini cum 250 nobilibus in
Galliam ad Henricum tunc nomine fratris sui Sanseras
ab Heretico occupatas obsidentem Qui ea lege electionem
ratam habuit ne praejudicio esset successioni quam in Gallie
regnum mortuo fratre suo habere posset Sub finem itaque
huius anni collectis in sumptus itineris 2000000 coronatorum
magno comitatu deducente ad fines regni Carolo rege per Germa-
niam in Poloniam contendit

Mense martio App A
Septima martii App B
Octava martii App C

1579

Ex ~~nitro~~ ~~huius anni~~ Mondragonius qui Middelburgi in presidio erat commendatorem certiorem reddit quod obsessi extrema inopia laborarent defectuque panis cuius due tantum uncie militibus in dies singulos distribuebantur vesci coperant libis quibusdam ex semine lini confectis immundaque omnia animalia quin et eorum coria iam consumpserant. Quare Commendator hic vir admodum mitis et qui proximorum vel minimis calamitatibus ~~summo~~ summopere compati solitus erat continuo Montes ad Romam profiscitur ut classis quam citissime solveret coramque statueret que in rem futura putaret. Quae tandem numero quadraginta minorum navium perfecta quia beauvasius architalassus eger lecto detinebatur Euliano romereno atque domino climesio beauvasi vices gerenti commendatur impositis novem cohortibus hispanorum e legione sicula cum aliquot Walonibus ut mille fere milites in universum conferentur classem vero hanc sequebantur aliquot minores onerarie varia annona ~~port~~ ferentis ~~23~~ Solverunt autem e portu montensi 23 Ianuarii steteruntque aliquot horis ad Angoram ut cum recessu maris Romers Wallian adveherentur cum in portus exitu una ex precipuis navibus disploso tormento rupta fuisset panis militibus cum centurione ~~classis~~ enatantibus. Postridie vero cum post meridiem ~~dis~~ vela facere instituissent classis rebellium + in conspectum venit monita abiis classiariis qui a regiis transfugerant eodem tempore quo portu montensi excederent. Erat autem optime munita constabatque pluribus et grandioribus navigiis quam regia pretoria enim atque suppretoria ex varium navium genere erant quas vel booten appellant quae ad malum arboris abacum grandiorum navium more ~~aff~~ superne affixum ferebant unde propugnatores magno regiorum prejudicio quicquid in adversariorum navibus gerebatur despicere poterant. Regii

+ duce Ludovico de Boisotto

sublatis anchoris ad pugnam provehuntur precedebat cum
quinque navibus climesius subsequebatur in media acie cum
maiore navium parte Eulianus extremam vero ducebat
Osorius Angulensis iamque climesius cum suis ad balistae iactum
hostibus approximaverat cum in syrtes impegit unde cum
in hostem ferri non posset ipsorum tormentis expositus
plurimum damni sustinuit donec hoste irruente ad manus
ventum est pugnabatur acerrime rebelles ignem nauticum
in climesii naves proiciebant ipse vero tanta animi magnitu
dine repugnabat ut nemo hostium in ipsius pretoriam transi
lire auderet Accurrit subsidio Julianus verum cum idem
incommodum incurrisset aliquandiu petitus hostium tormentis
demum et manum ipse conseruit Enterea Camesius qui
cum quatuor hostilibus navibus depugnabat ab hoste
superatur ipso mortuo ipsius pretoria igne consumpta
fuit ex reliquis navibus eius quatuor duae submersae
fuerunt tertia occupata Haud dissimili fortuna
Eulianus cum quatuor item hostium navibus congressus
cum multis suorum amissis navem suam perforatam et
submergendam videt in aquas prosilit et ad aggerem haud
procul distantem enatat ubi a commendatore qui
visa procul pugna cum aliquot militibus accurrerat
hilari facie excipitur dicentique Juliano sciebas guberna
tor ~~me esse mili~~ militem me esse non classiarium
metuendum est ne si mille mihi classes committeres
omnes perderem subintulit Requiescentius semper deo
gratias agendas qui ~~paterna be~~ peccata nostra
rebus adversis expiare solitus sit Desiderate sunt
ex parte Regiorum naves bellice novem cum sexcentis
Hac pugna militibus Sanchius autem Avillanus qui
cum classe maiorum navium Haut uberpia eodem fere
tempore discesserat preterrectus insulam Goesanam
ex adverso Flessinge in anchoris constiterat expectans

classem Montensem verum a commendatore certior
factus de hostium victoria nullo incommodo accepto
Hantwerpiam regressus est Mondragonius quoque clade
nostrorum audita a commendatore iubetur hosti deditio
nem facere quandoquidem nulla subsidii spes amplius
subesset ~~quae et~~ cumque iam a ~~festo~~ natali domini usque
ad 6 februarii mille sexcenti homines fame perissent
re cum ecclesiasticis atque magistratu communicata
6 februarii urbes his conditionibus in hostium potestatem concesse
runt ut Mondragonius cum externo milite armato
atque res suas secum avehente praesidio decederet et
intra duos menses Philippus Marnexius dominus
Ste Aldegonde cum quatuor aliis captivis ~~dimit~~
a Regiis dimitteretur et ecclesiastici et monachi
cum suo habitu sine ulla iniuria in Flandriam navi
bus hostium exponerentur

Rebelles qui iam universam fere Hollandiam atque Ze
landiam in potestatem redigerant tantos animos sumpse
runt ut denuo rerum summam tentare et in Germa
nia exercitum colligere et Brabantiam invadere co
gitarent ubi commendatorem ~~cum~~ paucos ~~est~~ mili
tes et in praesidiis fere habere cognoverant quem
exercitu in Hollandia constituto imparatum opprimi
posse sperabant aut si quidem militem in Brabantiam
evocaret Leidam iam obsessam totamque Hollandiam ~~in~~
liberari praevidebant Sola in hanc rem opus erat
numerata pecunia ea partim ab Angla ~~mul~~ liben
tissime dante mutuo sumpta ~~est~~ partim ex venditione
mercatorum Antoler piensium atque aliorum mercium quae Middelburgo occupato in ipsorum potesta
tem devenerant ridacta a principe Auraico qui tum
Flessingae aliquamdiu haeserat ad fratrem suum
Ludovicum Nassovium transmittitur Qui ~~per~~ mira

et fratrem suum Amarum qui in 6000 peditum gradum erat 8 duxerunt Brabantiam et ceperunt

[illegible] [illegible] [illegible] [

et levis armature equitum turmis 3 ex Hollandia ad-
venerat. Nec non et Mondragonium cum sexdecim
Walonum cohortibus, et 200 gravis armature equites
ductore Schenckio, Avillanus receptis Lisae co-
piis tertia Aprilis trajecto egressus hostem versus con-
tendit qui ante aliquot dies retro moverat et montem
Falconum Gulpenumque occuparat. Verum adventante
cum tantis copiis Avillano ea parte in Brabantiam
perrumpere superfidit et Novomagum versus ire statuit
ut in insula Bommelensi vicinisve locis auraicum
cum copiis suis excipiret. Falcomontio igitur solvens
Ruremondam versus iter instituebat quod proditione
quorundam praesidiariorum eam urbem occupaturum se
speraret. Verum cum insidiis detectis 15 galli Germanique
capite poenas luissent, Novomagum contendunt, unde
Avillanus raptato secum exercitu Mosam transit et
continuo visis hostium praecursoribus velitatio cepta
est. Verum instante nocte praelium in diem sequentem qui
erat dilatum fuit Hispanis in campo et
rebellibus in pago Moock ditionis Cliuensis pernoctantibus
postridie summo mane acies utrinque disponuntur ex parte
Germanorum mille octingenti equites in quinque
acies distributi in fronte constiterant
quos a tergo peditatus 35 cohortium et decem millium
militum sequebatur. Hispani vero equitatum peditatumque
ita disposuerant ut in plures acies distributi, hostibus
pari armatura opponerentur, cum supervenit Aegidius
Barlemontius, Hiergiae dominus Geliae gubernator qui
licet Sancio Avillano nuntiaret postridie venturum
in castra Franciscum Valdesium cum duobus millibus
et quingentis peditibus Hispanis, legionis Apostolorum et
cum decem cohortibus Germanorum ac tribus turmis equitum

qui de mandato gubernatoris ex Hollandia discesserant
ut ~~Ludouico nassauio~~ Sanchio Auillano subsidio erant
Attamen videbatur predicto barlemontio quandoquidem
utrumque copie ad pugnam parate erant prelium diffe
rendum non esse ne hostis cognitos Regiorum auxilijs
aliquo stratagemate e manibus elaberetur, concursum
est igitur magnis utrumque viribus et vincente primum
regiorum peditatu, deinde etiam equitatu hostes in fugam
vertuntur, occisis Christophoro palatino et Ludouico
Henricoque nassouijs fratribus cum plus quam sex millibus
peditum et sexcentis equitibus, desideratis e parte regiorum
decem tantum peditibus Hispanis et totidem fere Wallonibus
bus, et ducentis fere utriusque nationis vulneratis et
viginti circiter equitibus. in pridam cesserunt militi
hostium castra ubi aliquantulum pecuniae repertum
fuit quae pro maiori parte gallica erat* A parta
hac tam insigni victoria Hispani tumultuari incipiunt
stipendia flagitantes et sublatis signis per brabantiam
contendentes Antwerpiam occupant ubi et eos qui in
praesidio castri erant seditionis socios accipiunt verum
cum ~~vell~~ vexillifer Auillani prefecti duos ex principibus
rebellium occidisset atque aliquantulum pecuniae a guberna
tore numeratum esset, praesidiarij ad obedientiam reversi
sunt Quandoquidem autem princeps Auraccus
cum aliquot millibus peditum erat in ~~Ef~~ insula Bommelensi,
ita ut Sylueducis minuere totamque brabantiam
occasione huius seditionis militaris vastaturus videretur
imperat equitatui Commendator ut Selnaiduris praesidio
occupet Franciscum vero Valdesium cum magna
peditatus parte in Hollandiam contendere et munitiones
~~circa~~ quas circa leidam iam antea occupaverat ~~[illegible]~~
recuperare iubet ~~[illegible]~~ ut ea ratione cum ~~[illegible]~~ rebellibus

* ab Hugenotis procuredubio submissa

344

Auraicum Ex insula Bommelensi confinisque brabantiae ad tutan
dam Hollandiam revocaret. Valdesius igitur cum
Harlemum venisset communicato consilio cum barone
Liquesio Harlemensium ~~gubernatore~~ moderatore premisit
Ludovicum Caietanum cum ~~tribus~~ quatuor Hispanorum et duabus
germanorum cohortibus ut per Noorwijck Valckenburg
adjacentesque pagos Hagam ~~properatur~~ properaret ipse
vero Valdesius eodem tenderet, cum viginti et unum
signis peditum Hispanorum septem Walonum et quinque
germanorum. Itaque ~~et iter instituerat~~ ~~per Leiderdorp~~ alfin
Soeterwoude et Voorburg Hagam. Quatuor vero tur
me equitum levis armature oceani littus custodirent
Valdesius expugnata munitione quam rebelles ad confluen
tes Reni gondeque erexerant Hagam properat
quam Caietanus jam triduo ante occuparat, ita
ut Leidenses undique obsessi de adventu regiorum
Doddracenos delfensos atque alios confoederatos
suos certiores reddirent. Interea Valdesius propugna
culum Maselantsluisanum atque Vlaerdingense
ab hoste deserta occupat et late diffusis castris Gr
eidam obsidet. Dum haec in Belgio geruntur
Rex ~~in~~ H catholicus in Hispania in portu S andree
~~dicto~~ ingentem classem armari ~~[illegible]~~ quae duce Petro
Melandro gubernatore Floridae (regio ~~[illegible]~~ est occidentalis
Indiae) in signi navarcho in Hollandiam Zelandiamque
trajiceret quod ex provinciae non facile occupari possint
ab eo qui navalibus copiis non prevaleat cum undique
fluminibus aestuariisque inclusae difficilem a continente
oppugnationem habeant quare commendator aliquot
leviores naves Dunckirchiae atque Hantwerpiae ~~[illegible]~~ in
struci iusserat ut classi Hispaniensi septentrionale
mare ingressuro presto essent ~~[illegible]~~ missoque in Angliam
legato Bernardino Mendocio Hispano a regina obtinuerat

+ ~~Harlemmermeer~~

+ ~~Petrauctae~~ ~~Lacu Harlemensi~~ ~~[illegible]~~ intra Woerden et Oudewater ~~iter instituerat~~ ~~[illegible]~~

x iter instituerat

sic ~~duobus~~ propugnaculis

ut regia classis si qua tempestas ingrueret in illius
insulae portus confugere posset quod Angla
ita concessit ut facile appareret metu potius
expressum quam voluntarie concessum esse
plurimumque in hanc rem contulit quod Carolus nonus
galliarum rex Hisdem fere temporibus decessisset haride
relicto fratre suo andegavensi primum duce et
postmodum etiam in polonia regem assumpto, cum quo
Angla aliquando de conditionibus meundi secum
matrimonii egerat ut re proxemodum conclusa
non satis honeste votis ipsius illuderet quod ipsi
solemne fuit
ab omnibus enim ambire nemine vero nubere
volebat ut heretica mulier et superba plenissima
libera venire ita cum comi
te sive leicestria alias impudice consuesceret
ut ipsa tamen eorum dominaretur et ab externis interim
principibus spe copule observaretur et coleretur
officiosissime quod vafrum impudice mulieris ingenium
Henricum valesium deceperat qui cum nunc fratre
mortuo iure hereditario gallie regnum capesseret
) verebatur
Angla ne memor iniuriarum vindicta occasionem
quereret unde factum quominus rege Hispaniarum
quod de classe petebatur negare auderet ne simul
duos potentissimos christianorum principes in se
provocaret praesertim cum gravi persequutione in
sui regni catholicos excitata parum secundis multorum
subditorum suorum votis regnaret. Verum
totum hoc de classe Hispaniensi negotium post
parum temporis dissolutum est nam et classis illa

+ hoc nomine specialiter infamato et forsitan

346

minorum navium quae Antolerpiae ~~in~~ parata fuerat
cum irrumpentibus seditiosis Hispanis ne et ipsa ab illis
occuparetur secundo flumine ab ~~ur~~ urbe decederet longius
equo provecta a Zelandorum classe oppugnata et ~~na~~
rigis navicularis turpiter ~~se~~ transfugientibus in eorum
potestatem redacta est non minima culpa eius ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ qui pro praetore classi praeerat et
turpi negligentia in hostium manus devenerat quas facile
evitare potuisset quod ~~[illegible]~~ sicuti non parum impe-
divit adventum classis Hispaniae ita multo maxime
mors Petri Molandri Archithalassi ~~regii~~ qui sinistra
regiorum sorte sub ipsum solvendae classis tempus ab
irato catholicis ~~numine~~ ~~decessit~~ divino numine
subtractus est quare cum nemo adesset cuius navali
[illegible] rex catholicus tantam navium vim committere
auderet classem ~~in~~ Hispania retinere coactus est
Rebelles autem ~~qui magno huius navalis apparatus~~ interea
~~metu tenebantur~~ peritissimos navarchos suos undique congre-
garant sciscitabaturque Auraicus num naves Hispani-
enses septentrionali oceano navigare possent quod cum
longiores essent nostris navigiis eo quod latissimo
illo Hispaniensi oceano longior fluctuum tractus
sit qui in angustis septentrionalis maris citius reciproca-
re coacti breviori spatio ~~tolleren~~ tolluntur atque
subsidunt ~~[illegible]~~ cum responsum esset ~~[illegible]~~ eo non
obstante classem appellere posse magno metu
~~de~~ distinebantur quo nunc demum depulso totis animis
viribusque ad solvendam leidensem obsidionem ~~[illegible]~~
annitebantur ~~Dum haec in Hollandia gerentur~~

Enterea Commendator cum veteranis Hispanorum legionibus
transigit conflataque argentea sua supellectile ~~militique~~
stipendioque soluto ~~ipsos~~ milites ad ~~obedientiam~~ officium
reduxerat Misit ergo ipsos cum Ciappino vitellio
atque Euliano Romero ut per Worcomium adiacentesque

regiones in Hollandiam penetrarent verum expugnato
Worcomio atque Leerdamo Asperisque in deditionem acceptis
circa ultra trajectum atque vicina loca haereri iussi sunt quod
aliqua spes esset Bommelam per proditionem scotorum
et ibidem in presidio erant occupandi ~~verum~~ sed res in
nihilum recidit Enterea venerat de Hispania predictum
~~de genere singulari regis catholici indulgentia~~ generale
amnistie beneficium quod 6 Eunii bruxellis publica
tum ~~fuerat~~ est cum autem spes esset eius admonito
Hollandiae rebelles ad officium reduci posse ~~actum est~~
~~cum~~ missus est ultra trajectum Fredericus perenottus
granuellanus dominus champagniensis et Antwerpien=
sium gubernator ut ~~cum~~ ageret cum philippo marnexio
8 Aldegonde ~~comite~~ domino ~~et~~ rebellium non contem=
nendo capite qui eo tempore ultrajecti in castro cap
tuus detinebatur per quem res ad Auraicum atque
conjuratos relata est verum ~~res~~ A respondere
abeuntibus e belgio Hispanis se libertatem conscientie
suae ad generale ordinum belgicorum iudicium reiicere
paratos satis aperte declarantes se nulla alia de caussa
rebellasse quam solummodo ut perniciosam suam heresim
stabilirent cuius oppugnatores precipuos cum Hispanos
esse scirent lupi pacem cum ovibus ita facere parati erant
sicut est in paroemia ut canes sibi dederentur

Verum ut res tota ex
Appendix D

Sed tempus iam est ut ad Leidenses ~~[illegible]~~ ob=
sessos rideamus qui ~~cons~~ conquisito per primatorum
aedes frumento ~~ne~~ cum non amplius quam duo milia
modiorum (saccos ipsi vocant) ~~singuli~~ octuaginta
circiter librarum) reperissent et quatuordecim millia
hominum in civitate conserentur placuit magistratui
singulis hominibus non nisi dimidiam panis libram quotidie ero=
gandam esse gondamque aliquos emiserunt qui avio
~~aliquo~~ itinere triginta naves frumento ~~qu~~ onustas advehe
rent quibus obsesse ad pontem usque Hennenses obviam

prodire promiserant verum gondanis a ~~[illegible]~~ prescripto
itinere deviantibus et ne in hispanorum manus venirent
diffugientibus Leidenses+ qui ad pontem usque Hennensem
cum aliquot navibus atque fributeris prodierant sunt
Autem fributeri voluntarii aliquot nebulonis qui nullis
stipendiis sed sola spe predae quamdiu libitum est militant
Quare Valdesius ~~[illegible]~~ arctius urbem obsidere iubet
Hispani ergo qui in pago Voorscholen ~~[illegible]~~ via
~~[illegible]~~ Delfensi in presidio erant iuxta ponticulum quendam
domumque destructam que boschmysen vocabatur munitio
nem excitant unde obsessis plurimum nocumenti inferebant
qui noctu pluviosisque diebus cum ~~[illegible]~~ sclopetariorum
ictibus minus patierent urbe exibant et in vicinis
hortis pratisque caules pastinacas pisas fabas aliaque
legumina atque ~~[illegible]~~ herbas colligebant in subsidium
famis cuius tanta rabie laborabant ut complures
sola ~~[illegible]~~ media morerentur alii vero tam debiles essent ut
ne valentissimi quidem in adversum aliquem pontem
conscendere possent quin aliquoties quiescere cogerentur
alii bombardas suas post se traxerent quod humeris
eas ferre nequirent+ Satis constat eos qui ~~[illegible]~~
ex insidiis magnoque suo periculo aliquid herbarum ra
dicumque colligerant cum urbem ingressi essent navi
culas suas medio Reni flumine statuisse et etiam propugnando
usque in mediam noctem defendisse ne ab occurrentibus
fame proxemodum enecatis umbris potius quam homi
nibus ea diripierentur que proprijs suis incessitatibus
congregarant ~~vaccas quoque bovesque quos~~ Armenta
quoque gregesque quos in subiacentibus urbi pratis
aliquamdiu pavierant a vicinioribus hesce propugnaculis
magno obsessorum luctu sexus intercipiebantur ~~[illegible]~~
notatu dignum est quod cum initio obsidionis in portarum
propugnaculis grandiora tintinnabula statuta essent
quae per speculatorem moverentur si quando ~~Hispanos~~

+ domum regressi sunt

+ mulieres proprijs suis fratribus ~~[illegible]~~ et Hispanorum a seorsorum carnibus vesci cogerentur

non alio suo portmarw sinu quam quod dudum voe
ad sinuum duodecim habentes semistadi hominis altit
et pihiei et duos milliaria mortuum mari ~~a debut~~ ~~Ea~~
obtinuerunt ~~ut~~ a sua potius portinaria quam a primis
sui reuentia ostium obtinuerunt ~~Cubot~~ ~~ut~~ ~~Ea~~ ~~arbo~~
~~ubi~~ nullus intrat euadium sed hea duum portmaria
seriuen rapore qui quaedam hominis fuerint qui
tanta procymorum intemperie nihil rompatiendo tanqua
~~sed~~ ~~uide~~ ~~Christi~~ tunc et bestia ~~in~~ quaquam vero Christiam primi sui
ryonynarent

Johannes Douza a Noortwijck porta latinus homo
ve hea ~~Ea~~ ~~ro~~ stolidatem exodus qui postmodum
a ~~Ro~~ssbe ~~in~~ syrarum Hollandia senatu cum finissit
rorum ~~ordi~~ missus est ~~Ra~~lio saeario quod etiam resi
oridus hominum mystum esse patuentur Hir
rico gubernatoris urbi endrat

Petrus Adriani ~~ordinis~~ vellio sui ~~pa~~ nunc ~~ur~~ habeam
ronsue hunc ~~ca~~ rorulos antea quemlibet prodi ~~ut~~
aliquantulum nummorum rollegerant quod ~~ex~~ fisti ~~ut~~
Anabaptistis qui longore qua ratoei ~~ge~~ imperatoris in terram
promissionis navigare viderunt ea persuasione pro
posuerant rommunis comeos ~~ignor~~ ~~imperassent~~

Johannes Houtenus omnium orbis scriptarius nul
norum Houteni scriptus quod pater dum hector et
~~Ecce~~ mundum celebrauit eximio historio nisi
~~Christophori Scanter Scantarba Steenwijckensis Scholae Rectoris~~
~~Condiscipulus Zwollanus rapsodiam Stenicensem Scholae magistri~~
~~publicauerunt Gesteranum adolescentem~~

Johannes Johannes famoso regnomino Haestenium
dictus / habet eximiarum qui postmodum ~~de~~ pro
stolida et omnibus ~~pr~~ risa sua superbia barbore
dictus ~~S~~ dixi uolent quod pater rosini scribus
proreanandis ~~nonnisi~~ ~~a~~ mendendis subeam opera
dedisset tam ~~sp~~ orum etiam inter sues estimatus
et pons unus domini rontzyus ~~Curtius~~ a Johanne Houtano
scriptario non alio nomine quam stultus pons
vocaretur

Johannes Paets sub Albano ob heresim profugus ~~[illegible]~~
homo ~~[illegible]~~ plane mixtus licet dives qui moribundum
etiam proprios concionatores suos presentes irridebat

Johannes Wilhelmi Heemskerck sub Albano item profugus
tota civitate pro stolido cognitus cuius filio
monoculo diabolus sub forma ~~[illegible]~~ circulatoris
illusit

Petrus Georgii Cortevelt textor ~~panni~~ laneus etiam a suis
ignominiose ~~[illegible]~~ margaretula dictus de
nomine pauperis muliercule quae curribus locandis
operam dabat hic bonus vir aliquando publice
in foro viatores obiurgabat quod sibi reverentiam
non exhibuissent quam magistratui deberi asserebat

Gysbertus Johannis Navicularius qui morti proximus
serio sibi non vacare asserebat mori quod publicis
functionibus impediretur homo insigniter rapax
cuius quoque bona tertium haeredem non viderunt

Nicolaus Montfortius ex probis moribus Nicolaus sine
anima dictus a multis

Petrus Petri oom sartor veteramentarius a quo ne
vicini quidem consilium in vili negotio petiissent

Nicolaus Hugonis Gael hic postmodum omnia monasteria
leidae dirui iussit dicens iudos disturbandos ne
cuculi ridirent fuit panni lanei propola

Petrus Gerardi de Haes aliquanti serici panni propola
homo omnino simplex et ridiculo ignarus

Hi nebulones amice lector ~~[illegible]~~ tum in urbe Leidensi non
fuissent facile cives ad officium redissent presertim
optimatibus et toto fere antiquiore magistratu in castris
Valdesii diversante Mirabitur ut puto posteritas
tam paucos homines nullius presertim pretii in populosa

admodum et primaria ~~totius~~ Hollandie urbe tantum
potuisse ut pro ipsorum capitibus et commodis plebs
tam obstinatis ~~amici repugnar~~ principi suo legitimoque ma
gistratui repugnaret verum preter iustam dei vindictam
diaboliq excecationem etiam humana ratione duas caussas
assignari posse comperio primo quidem quod optimatibus
doctisque viris ~~expulsis~~ ab Albano ~~[illegible]~~
ex Hollandia evocatis plebs neminem haberet a quo
saniora consilia ~~quaerere~~ petere posset Secundo quod hi nebulo
nes multis ingeminationibus hoc plebi plane persuaserant
ab Hispano victore ~~nemini~~ omnes occidendos esse
certe complures Rebellium coryphaeos etiam posterioribus
temporibus gloriatos constat sa plus mendatiis et
persuasionibus huiusmodi quam armis aut vi bellica
profecisse Sed ad historiam rideamus Ceteri
rebelles cognita leidensium incessitate quid factu optimum
sit collatis consiliis deliberant quibusdam suadentibus
omnia aquarum emissaria in agere mosano aperienda et
maris estu aquas in universam Hollandiam immittendam
esse ut omnibus campis undique submersis aggeribusque
perfessis expedita navigatio usque ad menia leidensia
efficeretur quibusdam vero ~~[illegible]~~ dicentibus hanc
salsarum aquarum abundantiam Hollandie campis ita
nocituram ut etiam ea decedente ad culturam inhabiles
in perpetuum efficerentur Ab omnibus conclamatum
est praestat corruptos campos quam nullos habere
atque ita pedibus in ~~[illegible]~~ priorem sententiam discesserunt
haec est illa tantopere laudata patriae amantium vox
quae quasi quoddam amoris programma in omnibus consi
liis capiendis fere iteratur En qua semota paulisper
affectione haec mecum considera amice lector huiusmodi
consilium cepturum ab ~~huiusmodi~~ hominibus qui nudis quod
aiunt clunibus suis aliorum ~~nidos~~ plumatos nidos occu
parant ut impedirent ne a legittimis suis possessoribus

et ab ipso prefertim principe in subditos suos tam
humano sua recuperarentur quaeso expende an propterea
hollandia nulla fuisset si hominibus hisce carere coacta
fuisset certe ipsis ~~quidem~~ tantum nulla fuisset et consequenter haec
vox non in amore patriae sed in amore suicipsius ipsis
radicata erat + omitto disputare an ex officio christiani
hominis sit sua bona etiam ~~iusta~~ bene parta cum tanta reipublicae
clade et proximorum irrecuperabili calamitate conserva
re verum hoc hisce rebellibus semper animo sedit nullius
calamitati imo etiam morti omitto eterne perditioni parcere
modo ipsorum rebellio paululum inde commodi sentiret ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ verum hec
non tantum erat aliorum rebellium in proximos suos
inhumanitas verum etiam obsessorum cum enim a quibusdam
moderatioribus exponeretur in magistratus calamitas
quam insons plebecula ipsorum caussa ferre cogebatur
haec compassionis vox a summo consule petro ~~[illegible]~~
prolata est sat grandia stercora a plebe in moenibus
quotidie excerni posse alvum arctius adhuc contrahi
Aspice lector et perpende huiusmodi tygrides et ~~[illegible]~~
~~inhumane bestiae~~ seraeque crudelissime populo persuaserant se patriae patres
esse utilitatemque civium procurare credebantur Mirabitur sat
cio posteritas et nisi iusto dei iudicio plagam peccatis
meritam agnoverit ys que ex veritate scribo fidem
non habebit Firmato igitur omnium votis hoc
consilio delfis et roterodami rebelles magnam vim
~~[illegible]~~ navium lemorum et lato fundo preparari iubet
ut modica aqua per prata et aggeres ~~[illegible]~~
~~possent~~ remis agi possent Valdesius de hostium
consilio certior factus urbem tormentis oppugnare
constituit verum ab iis qui ~~[illegible]~~ religionis regisque ca
profugi in castris versabantur et patriae minimum amantes

+ nam si patriae salutem amassent ipsam cum sua pernicie incolumem optassent nunc totum e contrario efficiebant

erant enixis precibus impetratur ut paululum super-
sedeat quod sperarent obsessos moxia cogente samora
consilia capturos esse vidimus posea illos poplicolas
~~tar~~ trajecti anno 75 soluta jam obsidione morientes
~~deo impediente~~ ut qui impedimento fuissent quo minus
rebelles et heretici debita poena plectarentur iusto dei
iudicio ut in poenam tam temerarii licet non malitiosi
consilii in exilio morerentur priusquam anno 76 paciel
gandavensis beneficio ~~ad~~ patrimonia sua nataleque solum
repeterent tam est deo res execrabilis etiam bona intentio-
ne hereticis patrocinari Leidenses itaque jam ad
extremam fere moxiam redacti ~~et~~ oppugnationis timore
ligatos urbe emittunt cum comite Ruxellano tunc
Hollandie prefecto et ~~a~~ Vetrajecti commorante de ~~dedi~~
deditione agere cupientes verum a Valdesio repulsi sunt cum
diceret se iussu commendatoris urbem obsidere secum
de deditionis conditionibus agendum esse ~~quare~~ unde ligatis
in urbem regressis profugi illi qui ne urbs oppugnare-
tur obstiterant rursum obsessis gratificari ~~volentes~~ et
amantes patrie videri ~~optantes~~ volentes bruxellas ad commenda-
torem mittunt ~~valde~~ petuntque Valdesio imperet ut
cum Ruxellano de deditione agi ~~posset~~ sineret quod cum
commendator concedere in animo haberet ne tamen
cum offensa Valdesii fieret Eulianum Romeroum in
Hollandiam ire iussit specie quidem ut veteres quatuor
Hispanorum legiones ad duas; ~~reduceret~~ et quinquaginta
cohortes legiones apostolorum ad viginti quinque reduceret
vere autem ut Valdesio persuaderet quo de conditionibus
deditionis cum comite Ruxellano agi ~~sineret~~ permitteret quod etiam
perfecit dissimulante quidem verum tacitam indignationem
animo concipiente Valdesio Apparuit successu tempo-
ris bis in hac re peccatum esse primo quidem a Valdesio
quod obsessis cum Ruxellano agere non permitteret

+ aequas deditionis conditiones aversarentur

* in tantum oderant ut ex nautis rebellium hispano cuidam in pugna occiso cor exemerit domumque ablatum coxerit et comederit durante hac obsidione odio tam crudeli ut ne diabolus quidem tale concipiret

nam et principis sui commodis ~~[illegible]~~ obstitit et magistratui Leidensi calumniandi occasionem apud cives suos prebuit quasi + Hispani quos ipsi ut et rebelles omnes veluti crudeles anticipata ~~[illegible]~~ quadam opinione * ~~aversabantur~~ ~~aequas deditionis conditiones aversarentur~~ Secundo improvide factum fuit ab iis qui bruxellas ad commendatorem sicuti diximus de hac re miserunt fuerunt enim certissima occasio quominus valdesius tam pecuniam in stipendium quam alia ad obsidionem necessaria debita diligentia procuraret sed solum ~~[illegible]~~ speciosum aliquem pretextum quereret ~~[illegible]~~ a semicapta urbe discederet Nam cum 3 et 9 Augusti ~~[illegible]~~ aggeres rupissent valvasque exteriores emissariorum ad aestum maris patefecissent et aqua tandem angeri incipiret et classis rebellium que 150 minoribus navigiis constabat duce Andonico boissotto ipsorum architalasso 11 septembris comparere cepisset nequaquam sicuti poterat ipsorum impressionibus restitit ut ex subiciendis lector animadvertere poterit 17 enim septembris ad pontem Soetermeranum ~~[illegible]~~ acriter rebelles cum Hispanis absente valdesio pugnarant sed Regis gagie resistentibus repulsi fuerant tanta suorum clade praesertim navis pretorie Ziriczeensis, ut omne consilium abiicerent ea parte perrumpendi verum ~~in~~ ad alium pagum benthusen dictum contenderunt ut per fossam ~~[illegible]~~ Zegwaert vocatum proprius ad urbem accederent verum cum postridie valdesius ~~in eum locum~~ Soetermeram venisset laudata Hispanorum et praesertim signiferi piedmontello dicti fortitudine tamen ut deserent locum ~~[illegible]~~ imperavit causatus hostium insultui resistendo non esse ~~quare~~ unde Rebelles sine vulnere et sanguine loco potiti aggerem perrumpunt et Soeterwoudam usque omnia occupant

[illegible] Septembris usque ad pontem Lammensem perve-
nerunt ubi Hispani egregium propugnaculum iuxta
fluvium die vellet dictum erexerant qui octo circiter
pedes altitudine et duodecim circiter passus latitudine
~~[illegible]~~ patebat eo quod locus dimidio tantum milliari
urbe abesset et omnino hosti perrumpendus ~~forent~~ foret
si obsessis subveniri vellet ubi in presidio erat
centurio quidam Hispanus Boria dictus cum non con-
